H. Tape.

DE

POLYPORUM EXSTIRPATIONE.

COMMENTATIO CHIRURGICA.

AUCTORE

EWALDO SCHMIDT,

MED. ET CHIR. DOCTORE.

ACCEDUNT TABULAE LITHOGRAPHICAE XV.

BEROLINI, MDCCCXXIX,

Typis Brüschckianis.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, UNIVERSITATIS LITTERARIÆ BEROLINENSIS ORNAMENTO

ERNESTO DAN. AUG. BARTELS,

MEDICINÆ ET CHIRURGIÆ DOCTORI, MEDICINÆ PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, INSTITUTI CLINICI MEDICI DIRECTORI, REGI A CONSILIIS MED. INTIMIS, COLLEGII MEDICO-TECHNICI PRIMARII MEMBRO, ORDINIS LEONIS AUREI HASSIACI EQUITI, PLURIUM SOCIETATUM LITTERARIARUM SODALI, FACULTATIS MEDICÆ H. A. DECANO ETC. ETC.

PRÆCEPTORI

SUMMOPERE COLENDO

PATRONO DE SE MERITISSIMO

NEC NON

PATRI

DILECTISSIMO, OPTIMO

CAROLO FRIED. GUIL. SCHMIDT,

PHARMACEUTAE,

SOCIETATIS PHARMACEUT. GERMAN. BOREAL.

SODALI

HOC OPUSCULUM SUUM

PIA GRATAQUE MENTE

SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

L e c t u r i s S.

In exarando hocce specimine inaugurali praecipue id operam dedi, ut synopsin instrumentorum, ad exstirpandos polypos ab antiquissimis inde temporibus ad nostram aetatem inventorum atque adhibitorum, apponerem. Proinde non completam polyporum medelam hisce pagellis mandavi, sed instrumentorum, quae in usum vocari solent, descriptionem et applicandi modum subjeci, ut illustrarem icones opusculo additas. Noli igitur mihi exprobrare, quod in describenda cauterisatione, omissa cauteriorum potentialium enumeratione, modo de instrumentis ad eorum applicationem neccessariis disseruerim. Methodi usitatissimae, quae aetatem tulerunt maximoque studio sunt excultae, habentur hae: e v u l s i o, d e l i g a t i o, r e s e c t i o, quibus adnectuntur ustio et scarificatio, minus utiles itaque minus cultae. Recentiori aevo B e l l addidit conquassationem. —

Quo magis opusculum exhiberem completum simulque vanis repetitionibus supersederem, instrumenta, prout uni alterive inserviunt methodo, distribui et secundum auctorum aetatem eorum historiam adumbravi. Quibus potui, fontibus pro virium modo usus sum et in aliorum verba tantum juravi, quoties genuino fonte destituebar; quamobrem lectorum indulgentiam mihi haud defecturam confido, quum difficultates tanto majores offerri constet, quanto majori librorum farragine ad scribendum opus sit. — Quod reliquum est, gratias quam maximas solvo Viris bibliothecas nostras cum laude administrantibus, Cel. Prof. W i l k e n, Dr. H e s s e et Dr. K i n d s c h e r, quippe qui insigni humanitate atque benevolentia me adjuverint.

Index scriptorum hoc in opusculo laudatorum.

Aeginetae (Pauli) medici opera, Joan. Guintero Andernaco interprete. Lugduni 1567. 8.

Albucasis Chirurgia (edit. antiq.) per Gerardum Cremonensem in Toleto de arabico in Latinum translata. Argentorati 1532. Fol.

(edit. nov.) arabice et latine, cura Joannis Channing natu et civitatis Londinensis. Tom. duo. Oxonii 1778. 4.

Arantii (Jul. Caes.) de tumoribus praeter naturam Libr. Venetiis 1587. 4.

Avicenna Libri in re medica omnes, qui hactenus ad nos pervenere. Venetiis 1564. Fol.

Baldingers (E. G.) Neues Magazin für Aerzte. Leipzig 1786. 8.

Bell (Benj.) Lehrbegriff der Wundarzneikunst. Aus dem Engl. mit einigen Zusätzen und Anmerkungen von Hebenstreit 1787-1790. 8.

Bell (Charl.) System der operativen Chirurgie, übersetzt von Kosmely bevorwortet von C. F. Gräfe. Berlin 1815. 8.

Brambilla Instrumentarium chirurgicum. Vindob. 1780. Fol.

Cauliaci (Guidonis de) Ars chirurgica. Venetiis 1546. Fol.

Celsi (A. Corn.) Medicinae Libr. VIII. ex recensione Leonardi Targae 1810. 4.

Chopart und Desault Anleitung zur Kenntniss aller chirurgischen Krankheiten und der dazu erforderlichen Operationen. Aus dem Franz. Leipzig 1783. 8.

Cruce (Jo. Andr. a) Chirurgiae Libr. VII. Venetiis 1573. Fol.

Desault (J. P) Chirurgischer Nachlass. Nach seinem Tode heraus gegeben von Xav. Bichat, übersetzt und mit Zusätzen und Anmerkungen versehen von G. Wardenburg. 4 Theile. 8.

Desault chirurgische Wahrnehmungen. Aus dem Franz. Frankf. a. m. 1799. 8.

Dionis (Pet.). Cours d'operations de Chirurgie. Paris 1707. 8.

Eschenbach (Christ. Gottl.) Vermischte medicin. u. chirurg. Bemerkungen über verschiedene Krankheiten der Brust u. des Unterleibes etc. Aus verschiedenen ausländischen Schriften. Zweite Sammlung mit Kupfern. Leipz. 1785, 8.

Fabricii (Hieron.) ab Aquapendente Opera chirurgica. Lugd. Batav. 1723. Fol.

Fabricii (Guilelmi) Hildani Opera operationum et curationum medico-chirurgicarum, quae extant omnia. Francf. 1646. Fol.

Fallopii (Gebr.) Opera omnia. Francf. 1600. Fol.

Fernelii (Joh.) Universa medicina. Genevae 1679. Fol.

Foresti (Pet.) Observationum et curationum medicinalium. Libr. XXVIII. Francf. 1608. Fol.

Froriep. (L. F. v.), Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde. 5 Bde. Erfurt 1823. 4.

Garengeot (Jac. Crescenti) Chirurgia practica. Uebersetzt von J. Alex. Mischel. Berlin 1733. 8.

Glandorp (Math. Ludw.), Tractatus de Polypo narium affectu gravissimo observationibus illustratis. Bremae 1628. 4.

Gorter (Joh. von), Chirurgia repurgata. Viennae et Lipsiae 1762. 4.

Grahn (Georg. Guil.), Dissertatio de polyporum curatione. Vitebergae 1812. 4.

Heister (Laurent.), Institutiones chirurgicae. Amstelaedami 1750. 4.

Heuermann (Georg) Abhandelungen der vornehmsten chirurg. Operationen. Copenhagen und Leipzig. 1756. 8.

Heuernii (Joann.) Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam spectantia. Lugduni 1658.

Hippocratis Coi Opera omnia, quae extant, interprete Anutio Foesio. Francf. 1595. Fol.

Horne (J. van) Opuscula anatomico-chirurgica. Lipsiae 1707. 8.

Joerg (Joh. Ch. Gottfr.) Handbuch der Krankheiten des Weibes. Leipzig 1821. 8.

Junckeri (Joh.) Conspectus Chirurgiae. Halae 1731. 4.

Journal der Chirurgie und Augenheilkunde von C. F. Graefe und Philipp von Walther. 4ter und 10ter Band.

Journal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie dedie à S. A. S. Mr. le Comte de Clermont, Prince du Sang. Par M. A. Roux. Paris, Decembre 1768. 4.

Levret Observations sur la cure radicale de plusieurs Polypes de la Matrice, de la Gorge et du Nex. Paris 1749. 8.

Levret Versuch über den Missbrauch der allgemeinen Grundsätze und wider die Vorurtheile, die sich der Ausbreitung der Hebeammenkunst entgegensetzen; mit einem Anhange einiger Abhandlungen über die Verbesserung des Instruments zum Gebrauch bei den Mutterpolypen. Aus dem Franz. von Dan. Chr. Burdach. Leipzig 1776. 8.

Loder (Iust. Chr.) Chirurgisch-medizinische Beobachtungen. Weimar 1794. 8.

Loder (J. Ch.) Journal für die Chirurgie, Geburtshülfe und gerichtliche Arzneikunde. Jena 1800. 8.

Mayer (C. G.) De polypis uteri. Commendatio medico-chirurgica. Accedit tab. aenea. Berol. 1821. 4.

Meissner. Ueber die Polypen in den verschiedenen Höhlen des menschlichen Körpers, nebst einer kurzen Geschichte der Instrumente und Operationsarten. Mit 1 Kupfer. Leipzig 1820. 8.

Memoires de L'Academie royale de Chirurgie. Paris 1757. 4.

2

Memoires de la Société medicale d'Emulation pour l'an VIme de la Republique Francaise. Seconde Année. Paris an. VII. 8.

Mesuae (Joann.) Opera quae extant omnia. Venetiis 1562. Fol.

Munnicks Cheirurgia. Amstelodami. 1715. 4.

Mursinna (Ch. L.) Journ. für die Arzneikunde und Geburtshülfe. Berlin 1801. 8.

Nessi (Guiseppe) Institutioni di Chirurgia. Tom. duo. Pavia. 1782. 8.

Nissen (Wolder Andr.) Diss. de Polypis uteri et vaginae novoque ad eorum ligaturam instrumento. Goetting. 1789. 4.

Nuck (A.) Operationes et experimenta chirurgica. Lugd. Batav. 1696. 8.

Palfyn (Joh.) ausführliche Abhandlung der vornehmsten chirurgischen Operationen. Frankf. u. Leipzig 1717. 8.

Palucci (Nath. Jos.) Ratio facilis atque tuta narium curandi Polypos. Viennae 1763. 8.

Paraei (Ambros.) Opera chirurgica. Francf. ad M. 1594. Fol.

Perret L'Art du Coutelier expert en instruments de Chirurgie. Paris 1772. Fol.

Philosophical Transactions, Giving some Acount of the present Untertakings. Studies and Labours of the Ingenious in Many. London 1753. 4.

Platearii Practica. Venetiis 1497.

Platneri (J. Zach.) Institutiones chirurgiae rationalis tum medicae, tum manualis. Lipsiae. 1783. 8.

Purmann grosser und ganz neu gewundener Lorbeerkranz oder Wundarznei. Frankf. u. Leipz. 1722. 4.

Rhazae (Maomethi Aburetri) Opera. Basiliae 1544. Fol.

Rhazes ad Mansorem Libr. nonus. Venetiis 1497. Fol.

Richter (A. G.) chirurgische Bibliothek. Götting, und Gotha 1768. 8.

Richter Anfangsgründe der Wundarzneikunst. Göttingen 1786—1804.

Rudtorffer (X. v.) Instrumentarium chirurgicum selectum, oder Abbildung und Beschreibung der vorzüglichsten ältern und neuern Instrumente. Wien 1817. Fol.

Rust's Magazin für die gesammte Heilkunde. Berlin 1817. 8.

Salzburger medicinisch-chirurgische Zeitung fortgesetzt von Dr. Joh. Nepom. Ehrhart. Bd. 3. 1811. 8.

Schreger (B. G.) Grundriss der chirurg. Operationen. 2 Thle. Nürnb. 1825. 8.

Sculteti (Joann.) Armamentarium chirurgicum. Francf. 1666. 4.

Severini (M. A.) de efficaci medicina. Libr. III. Francf. ad M. 1646. Fol.

Siebold (Joh. Bart. v.) Chiron Zeitschrift der Chirurgie. Sulzbach 1806-1809. 8.

Siegemundin (Justina) die Chur-Brandenburgische Hof-Wehe-Mutter. Leipz. 1715. 4.

Solingen (Corn) Hand-Griffe der Wund-Arzney etc. Frankf. a. O. 1693. 4.

Starck's (Joh. Christ.) Archiv für die Geburtshülfe, Frauenzimmer und neugeborner Kinder-Krankheiten. 1ster bis 6ter Band. 1789 — 1794. 8.

Stölling (Georg.) Diss. de polypis narium. Vitebergae 1802. 4.

Süssius (J. Gottl.) Diss. qua Polypus nasi ex faucibus feliciter extractus luci exponitur, ejusdemque Generatio, Varietas et Cura breviter perpenditur. Vitebergae 1713. 4.

Tanner (Joa. Jac.) Diss. de Polypo feliciter ex utero exstirpato. Argentorati 1771. 4.

Theden (J. Ch. A.) Neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der Wundarzneikunst und Arzneigelahrtheit. Berlin und Leipzig, 1795. 8.

The London Medical Repository Monthly Journal and Review. Vol. XIII. London. 1820. 8.

Textor (Kajetan) der neue Chiron, eine Zeitschrift für Wundarzneikunst und Geburtshülfe. Sulzbach, 1823. 8.

Tulpii (Nicol.) Obersationum medicarum Libri tres. Amstelredami. 1641. 8.

Vigo. (Joann. de). Practica in arte chirurgica. Lugduni. 1516. 4.

Viliars (E. Col. de). Cours de chirurgie. Paris. 1738. 8.

Wagner (Fried. Ludw.) Dissert. de polypis narium et antri maxillaris novaque ipsos exstirpandi methodo. Vratislav. 1821. 4.

Zang (Ch. Bonif.) Darstellung blutiger heilkünstlerischer Operationen. Wien 1823. 8.

Resectio.

Pars generalis.

Resectio, perinde ac evulsio atque cauterisatio, antiquissimis polypos sanandi methodis adnumeranda, Hippocratis aevo creberrime in usum vocabatur. Postea reliquis medendi methodis cessit, raro administrata paucisque chirurgis est vindicata. Plerique chirurgorum, inprimis altero saeculi sperioris dimidio viventium, hanc operationem haemorrhagiae secundariae ingentis causa fugiendam, imo detestandam censuerunt facileque suffragia eorum represserunt, qui passim in ea laudanda versabantur. Vix non plurimum Levreti effecit auctoritas, ut resectio negligeretur et reliquis medendi methodis, inprimis ligaturae polyporum uteri, postponeretur; ille enim non modo prorsus eam repudiavit, verum etiam, invento idoneo deligationis apparatu, chirurgorum attentionem magis magisque ab ea avocavit. Non plane tamen oblivioni tradebatur, siquidem multa exstiterunt exempla, quibus deligatio nimis laudata haud responderet, praecipue si quam celerrime pseudoorganisationem vitae inimicam submovere oporteret, aut pedunculus polypi tendinosus constrictioni gravissimae reniteretur. Subiit tempus, quo clarior lux chirurgis affulgeret, iisque persuaderetur, non unam medendi methodum omnibus sufficere casibus v. c. uteri polypis solam deligationem. Illud quidem tempus, quo sibi persuaserunt chirurgi, non solam polypi sedem, verum etiam singularem ejus indolem agendi modum indigitare, resectionem ab oblivione tutam praestitit justamque ei dignitatem conciliavit.

Richter [1]), cui plurimum debet chirurgia, certas ad resecandum polypum indicationes primus proposuit, quemadmodum vero pauci hanc methodum justa attentione dignam censuerunt, ita permulti coaevorum modo in scriptis mentionem ejus fecerunt manuque temeraria, si resectio auxilium certius atque celerius polliceretur, deligationem administrarent; tantum enim abfuit, ut, ventilatis periculis, instrumenta, mali loco sedique idonea, excogitarent, ut majorum more deligationem temere praeponerent resectioni et instrumentorum secantium administrationem, quam oculis persequi non possis, periculosissimam putarent. — Proinde haec methodus parum in usum vocabatur donec nuper El. de Siebold, perspecta ejus praestantia certisque indicationibus stabilitis omnibus uteri polypos curandi methodis hanc praeferendam doceret, dignitatem ejus ab adversariorum probris vindicaret locumque haud infimum, quem nunc tenet, ei assignaret. Huic Osiander [2]), Carus [3]) et Dupuytren [4]) adstipulantur.

---

[1]) *Anfangsgr. der Wundarznk. Vol.* 1. *pag.* 415.

[2]) *Osiander, Handb. des Entbindungsk.* 2. *Abth. pag.* 453.

[3]) *Carus, v. Siebold's Journal. VII. St.* 3.

[4]) *Salzburger med. chir. Zeitung.* 1824. *St.* 2. *pag.* 132.

Ad exsequendam hancce methodum veteres utebantur cultellis, quorum forma ad polyporum sedem accommodabatur, verum etiam forcipes secantes, aevo medio usitatae, non plane iis incognitae erant. Quorum instrumentorum antiquissimum videtur Nicolini Florentini, a Severino memorati, ex quo deinde prodiit instrumentum, cui reliqua magis minusve sunt superstructa. At plerumque his instrumentis tantum locus fuit ad exstirpandos narium polypos. Instrumenta, a chirurgis saeculi superioris ineuntis, imprimis autem medii adhibita, haec sunt: hamuli secantes curvati, cultelli adunci obtuso acuminati, forfex, recentiori aevo sola fere administrata, quam ad exstirpandos uteri polypos inclita obstetrix, Justina Sigismunda, in usum prima vocavit. Forfices recentiores ad laminam curvatae, apice obrotundo munitae, quarum principem locum tenet Sieboldii, ad resecandos uteri polypos, e Cooperi forfice prodierunt.

Reliquiorum polyporum rasio huic methodo est proxima, quamobrem ejus mentionem facere liceat. Veteres ad submovendas narium polyporum radices, evulsioni aut resectioni superstites, filo nodoso utebantur, cujus in locum Levret, quum methodus ista merito esset abrogata, Verticillum substituit, qui, arte ad majorem perfectionis gradum evecta, minus quam filum illud nodosum chirurgorum desideriis satisfecit. Aptius instrumentum Dionis invenit; prae omnibus vero instrummentis hunc in finem concinnatis forceps incisoria est laudanda, a Cel. Schregero inventa, quae omnibus desideriis optime satisfacit, exstirpationem radicum polyporum narium haud mediocriter sublevat itaque communia chirurgorum suffragia tulit.

Si quaeras ex me, quibusnam in casibus resectio sit largienda et reliquis methodis anteponenda, hoc responsum habito:

1. Si polypi sint narium, vel meatus auditorii externi:
   a) resecentur in genere polypi minores, ita quidem, ut praecipue forcipe laudata Schregeri utamur;
   b) resecentur etiam, ad quos aditus patet cultro aut forfici v. c. polypi circa aperturam nasi externam haerentes;
   c) resecentur duri, crassi et
   d) pedunculo tendinoso muniti.
2. Si polypi sint uteri:

   Resecentur omnes, nisi conditiones singulares ligaturam praeferri jubeant.

Vetant resectionem:

Polypi narium, instrumentorum aditum parum permittentes;

Polypi uteri, non nisi vel arteriae pulsatio in pedunculo sentiatur, vel pedunculus eam habeat crassitiem, ut vasa majora ibidem suspicari liceat, quod quidem teste Caro minus est timendum.

Quodsi dignitatem et commoda hujus aliarumque methodorum metimur, resectio, quod attinet simplicitatem, faciliorem administrationem et eventum celeriorem longe praestat ligaturae, imo evulsioni palmam praeripit, quum partim minores efficiat dolores, partim nimis tetra videatur aegrotis. Si denique sciscitamur, num pseudoorganisationis regenerationem caveat, certe reliquis methodis non cedit, quin adeo multis praestantior habetur, quod cum evidentia dirimi non posse videtur.

Pars specialis.

§. 1.

Hippocrates (l. c. de morbis Libr. II. Sect. V. pag. 30 c. 20) haec habet:
„Interiore ex parte circa cartilaginem durum quid aliqua ex causa adnascitur, quod caro esse „videtur, si vero attigeris sonat velut lapillus. Cum ita habuerit, nasum per scalpellum di- „visum expurgato, mox inurito, quo facto rursus nasum consuito etc.

§. 2.

Apud **Celsum** (l. c. Libr. VII. Cap. X.) haec leguntur:
„Ergo etiam hunc ferramento acuto in modum spathae facto, resolvere ab osse oportet: adhi- „bita diligentia, ne infra cartilago laedatur in qua difficilis curatio est. Ubi abscissus est, „unco ferramento extrahendus est."

Nota. *Forma spathae Celsi, teste Schregero, certo significari nequit, alia enim illius invenitur imago in Libr. Andr. a Cruce de Officin. chir. pag. 25. (quem acquirere non potuimus), alia in Seulteti Armament. Tab. II. fig. 1. haec illustratur Icon. nostr. Tab. I. fig. 1.*

§. 3.

Moschion (Libr. de passion. mul. Harmon. Gynaeciorum Cap. 15. quod est de atretis sive vulvis imperforatis) meminit instrumentum ad rescindendos polypos hisce verbis:
„Si autem pulpae fuerint inventae in gyrum praescindendae sunt ferramento illo, quo poly- „pos tollimus et ita sollicite secandae, ne aut vesicae collum aut longationem tangamus, ne „incipiat turpiter aut stercus aut urina exire."

§. 4.

Galenus (l. c. Isag. 220. B.) haec memoriae prodidit:
„Polypum qui in naribus nascitur, angusto specillulo ab osse resolvimus, et rasorio cultello „radices demetimus."

Hujusce instrumenti formam similem habuerim illius ex Seulteto recepti. vid. Tab. nostr. I. Fig. 2.

§. 5.

Aetius (Tetrabibl. lib. XVI. Cap. 106.) polypum uteri forcipe paululum protractum, muliere supina, scalpello resecari jubet.

§. 6.

E **Paulo Aegineta** (l. c. Libr. VI. Cap. 25.) haecce laudanda sunt:
„Figurato homine in sedili adversus solis radios et narium meatu sinistra manu explicato di- „latatoque, spathula ad id facta in myrtacei folii modum acuta orbiculatim polypum aut ca- „runculam dextra praecidemus, illic acie ferramenti imposita ubi naribus coaluit: secundum „haec instrumento in oppositum converso manubriolo ipsius succisam carunculam foras exie- „mus. Et si quidem purum naris meatum viderimus ad curationem descendimus. Sin reli- „quiae polypi superfuerint, alterius cultelli rasorii acie relictum corpus cum tensione, agi- „tatione et rasura valenti auferemus. — Quod si polypus ossibus Ethmoidibus insideret aut „supremis narium partibus, quem instrumenta non comprehenderint: Linum mediocriter cras-

„sum funiculi instar, seu duorum triumve digitorum longitudinis in nodos constrictum per „specilli duplici cuspide praediti foramen transmittemus, alterumque extremum specillo per „nares sursum ad meatus colatorios inseretur, idem per palatum et os ejicientes utraque ma- „nu extrahemus, tanquam caruncnlos nodis desecantes.“

Cap. LXX. pag. 629.

„Cercosin, cum sit carnis ab uteri ore propago, quae muliebre pudendum repleat, interim „foras caudae modo procidat, Nymphae immensae magnitudinis consimiliter, volsella appre- „hensam scalpello auferemus.“

§. 7.

Rhazes: (l. c. de re medica Libr. IX. Cap. XXXIX. pag. 233.)

„Praeterea affectui huic nonnunquam ferro exscindendo radicitus carunculam illam succurritur.

§. 8.

Quae ex Avicenna (l. c. Libr. III. Fen. 5. Tract. 2. pag. 577.) nobis haurienda fuerunt sequuntur:

De Haemorrhoidibus et cancro in naso:

„Inciduntur cum cultello parvo seu subtili, deinde raduntur cum rasorio multum. (Alia „Litt. excorticantur cum excorticatorio perfecte). Aut inciduntur cum rasorio, extra- „hendo quod in naso est ex additionibus et superfluitatibus. Et melius quidem rasorium est „illud, quod est ut embuba.“

Nota. *De hoc instrumento Severinus ait: id est ut credo equidem in extremo acuta fistula. Vid. ejus imago apud Severinum (l. c. de sectionibus pag.* 116. *Fig.* 1. — *Tab. nostr. II. fig.* 4.)

„In auferendis reliquiis necessarium est ut administretur serra filosa: et ejus etiam modus „est, ut sumatur illa ex capillis aut seta.

Libr. III. Fen. 4. Tract. 1. Cap. 17. De cura oppilationis aurium ex carne:

„Et si est manifesta oportet ut scindatur cum cultello spinoso quo inciduntur haemorrhoides „nasi.

Nota. *Severinus (l. c. de sect. Cap. LXXIV. pag.* 116. *fig.* 2.) *instrumentum, quod Jo. Arculanus in Rhazae ad Mansorem cap.* 45. *de polypo appellat Raspatorium, delineavit, dicens: illum cultellum spinosum Avicennae fortasse talem fuisse. qualem monstret icon. (vid. Tab. nostr. I. fig.* 7.)

§. 9.

Duce Joan. Mesua (l. c. de aegritudin. nar. Sum. VII. Cap. VI. Fol. 201.) exstirpatur polypus:

„incidendo juxta radicem ejus cum forficibus, postquam apprehendis et trahis cum tenaculis. — „Si autem polypus descendit per foramina palati ad palatum et guttur trahatur similiter cum „tenaculis et incidatur secus radicem ejus cum forficibus ignitis. — Si autem his exstirpari „nequit ex duobus tribusve pilis caudae equinae contortis et nodis tribus quatuorve injectis, „serratura instituatur ita ut una fili extremitas ope acus plumbeae per palatum extra os pro- „ducatur, altera e naribus propendat.“

§. 10.

Albucasis (l. c. Part. II. Cap. XXIV. Pag. 170.) refert:

Editio antiquior.

„Oportet ut facias sedere infirmum inter manus tuas oppositum soli et aperi nares ejus et „projice uncinum in carnes illas, inde trahe eas ad exteriora et incide, quod comprehendisti,

„ex iis spathumili subtili (vid. Tab. nostr. I. fig. 5.) acuto a parte una, donec scias, quod „caro tota jam oblata est. Quod sie remaneret aliquid ex ea, cujus abscissio non est pos-„sibilis: tunc rade illud cum uno instrumentorum subtilium cum facilitate donec scias, quod „caro tota jam oblata est."

„Si vero caro in superioribus ossibus naris est nata, ad quae non pervenit cum inci-„sione instrumentum, tunc oportet, ut intromittas filum lini, cui sit quaedam grossitudo, „et noda in nodos multos et pone inter omnem nodum quantitatem digiti aut minus et inge-„niet infirmus ut mittat extremitatem unam fili in nasum cum radio, aut cum quo possibile „est ei, postquam fecerit ipsum simile Azeïr et trahat odoratum suum donec perveniat us-„que ad coassum et egrediatur super guttur suum. Et multoties quidem faciunt simile huic „Attomi pueri in scholis et est res facilis ei qui vult. Deinde pone duas extremitates fili „et extremitatem unam, quae egreditur super nasum et alteram, quae remansit in naso, „deinde administra serraturam carnis cum nodis, qui sunt in filo. Fac illud, donec scias, „quod carnes jam sunt attritae nodis fili" etc. —

Libr. II. Sect. VII. Pag. 135. (Editio recentior).

„Accidit etiam quibusdam hominibus in meatu auditorio eorum obstructio, vel a vulnere, „vel carne in eo germinante. Hic vero obex aliquando in foraminis profunditate manet, nec „visus assequitur, adeoque plerumque difficultate curatur. Quoad illum vero, quem visus „assequitur oportet ut ponas aurem infirmi in sole eamque consideres et si videris obicem „externe, aperias eum cum scalpello subtili quod hujus sit formae (vid. Tab. nostr. „I. Fig. 4.) sit extremitas ejus, cujusdam latitudinis parvae, cuspis acutus, reliquum vero „scalpelli duobus lateribus glabrum, ne auris laedatur. Quodsi obex sit caro in auditorio „meatu germinata, apprehendas eam cum hamo subtili ad solis claram lucem et excindas le-„niter donec omnis ista caro amoveatur."

Nota. *Secundum editionem antiquiorem Albucasis operatio perficitur instrumento, quod spathumile subtile vocat; quod, cum ejus effigies valde differat a scalpello subtili in recentiori ejusdem auctoris editione, huc recepimus. (vid. Tab. nostr. I. Fig. 3).*

Libr. II. Sect. LXXI. Pag. 317.

„Quoad carnem germinantem: ea est caro germinata in ore matricis donec repletum sit, saepe „etiam extra prodit ad caudae similitudinem, eaque de causa morbum caudatum nominarunt „antiqui. Illam vero oportet ut abscindas, uti carunculam secuisti."

De superfluitate carunculae (i. e. de clitoride nimis aucta) autem constat: „oportet ut „teneatur manu vel hamo et abscindatur illa, ne vero in secando nimis progrediaris praeci-„pue in fundo radicis, accedit enim haemorrhagia."

§. 11.

Rogerus (l. c. Guidonis. Chirurgiae. Cap. XXXII. Fol. 366. B.) haec: „Statim illa caro superflua, si potest, cum tenaculis subtilibus accipiatur, et in quantum „fieri potest ad inferiora trahatur, et si totus venerit, totus exstirpatur, et si totus non ve-„nit, quod tamen venit, incidetur."

Rolandus (l. c. Guid. Libr. 1. Cap. XIXI Fol. 189.) eadem edidit verba.

§. 12.

Guido Cauliacus (l. c. Tract. IV. Doct. II. Fol. 48. F.)

„Nonnulli vero ut quatuor magistri Salernitani, quando iis non est possibile totum consu-„mere usque ad radicem, scindunt nasum in latere usque ad os, deinde incidunt illud super-

„fluum et cauterizant, dein bene et firmiter suunt. Ego tamen non consulo quod suatur, „quousque fuerit securus quod sanguis sit restrictus et radicitus totum evulsum quia ita pa- „rum non potest remanere de radice, quin redeat et ita pro nihilo operatio esset facta. Et „post renovando labia utiliter potest sui.“ Ceterum eundem operandi modum, quo Abulcasis utitur, commendat, spathumili subtili acuto a parte una, quod Donisius Polypicon spation vocat.

§. 13.

Valescus de Taranta (l. c. Libr. II. Cap. 62. Fol. 49.):

„oportet ut scindatur ponendo patientem in loco ubi lucet sol taliter ut radii subintrent na- „sum: et tunc attrahendo sive capiendo talem haemorrhoidem cum uncino si est possibile „cum manu sinistra, spatumen subtile scindens ab parte una cum manu dextra subintret „nasum et scindat talem superfluam carnem et si aliquid superest, radatur spatumine s. cul- „tello vel serretur cum filo sericino vel cum pilo caudae equinae sicut docent Avicenna „et alii.“

§. 14.

Forestus (l. c. Libr. XIII. de nasi affectibus. Obs. VII. Pag. 90):

„Polypi tenui pediculo tunicae narium inhaerentes, statim cum ipsa cuticula exscinduntur.“ —

§. 15.

Ex Fallopia (l. c. Tract. de tumor. praet. natur. Cap. XXIII. Pag. 298.) haecce hausimus:

Modus III.

„Alii vero accipientes Polypum volsella et deinde ferramento in summa superficie lunato ac „incidente secant radicem Polypi ipsum in nares impellentes.“

Modus VI.

„In remotissimis polypis, dilatans speculo nares, forcipe ad hunc usum apta polypum seco.“ —

§. 16.

Hieronym. Fabricus (l. c. Cap. XXIV. Pag. 440.)

„Habeo, inquit, instrumentum tutissimum, quo saepissime ac felicissime sum usus, „quod simul praecidit, apprehendit et foras trahit, quae sunt tres potissimae intentiones seu „operationes, quae in hoc casu requiruntur. Sed quod magis est, praecidit tantum poly- „pum et illaesas servat omnes alias partes, praeterea apprehendit et foras trahit, neque san- „guinis effusionem effatu dignam movet, quia non praecidat alias venas quam per caruneulas „polypi dispersas et radicitus e cartilaginibus exstirpat polypum.“

Cap. XXV. Pag. 441.

„Probo primum hoc solum instrumentum omnia praestare, quae quatuor Antiquorum. „Quatuor sunt intentiones in polypi chirurgia; polypum primo incidere; deinde ipsum appre- „hendere et extrahere; tertio reliquias, quae remansere, similiter et separare et auferre; „quarto cicatricem in loco polypi exulcerato inducere. Ad incidendum polypum spatha „Antiqui utebantur, nos vero idem exsequimur hoc instrumento, quod habet aciem et ideo incidit, imo facilius et promptius incidit, quam spatha, quod haec una acie incidit, hoc ferramentum autem duplici; spathae acies ad mutuum occursum non venit, sed incidit, quemad- „modum omnia, quae longiore sunt acie, et ferramentum ad mutuum occursum accedens in- „cidit ut forceps et omnia alia instrumenta, quae ad robuste incidendum apta sunt. — Ad

„secundam intentionem explendam videlicet ad apprehendendum et extrahendum succisum „Polypum Antiqui utebantur unco, ad nostrum ferramentum, et ipsum, ut uncus apprehendit „et foras trahit, apprehendit enim cum a partibus contrariis ad mutuum occursum ut forceps „venit; foras trahit polypum a Chirurgi manu adjutum; quinimo ferramentum eodem fere „tempore et incidit et apprehendit, quod Antiquorum instrumenta non faciunt, quae destin„cta et diversa sunt. Adde rursus, quod ferramentum ad chirurgi libitum et apprehendit „si mitius, et incidit si valentius comprimatur, quorum nullum caetera exsequuntur. — Ad „tertiam intentionem, quae est reliquias polypi auferre, Antiqui utuntur nodoso filo, ad fer„ramentum suo extremo abradit ab osse omnes reliquias, id quod ego tactus et auditus sensu „comprobavi, persentiens ipsius polypi frustula a ferramento ab ossibus spongiosis abradi et „separari etc.

Laudatum hoc instrumentum est forceps recta ex optimo chalybe confecta, extrinsecus convexa, intrinsecus concava. Aciem habet introrsum recurvatam, qua nihil aliud potest incidi, quam polypus jam prehensus. (Vid. Tab. nostr, II. fig. 1. 2.).

Adnotatio: *Hocce instrumentum, cujus inventionem magno verborum apparatu sibi vindicat Hieron. Fabricius, multo antiquius esse docet Severinus l. c. Cap. LXXIV. ejusdem genuinum auctorem habet* Nicolinum Florentinum, *qui (libr. 7. tract.* 3. *Cap.* 24.) *quoque instrumenti mentionem facit (ad tonsillas putres exstirpandas), cujus typus illius similis videtur. Dixit enim Nicolinus: „instrumenti „forma similis est forficibus, verum tamen extremitates ejus sunt curvatae ita, quod orificium utrius„que earum est indirecto alterius, acutae valde, quae sunt ex ferro.*

Libr. de chirurg. operat. Cap. LXXXIV. Pag. 575.

„Quod si caro pariter in vulvae sinu adnata sit, quae concubitum prohibeat (medi„camentis sanari nequeat) neque dura sit, neque dolens, ut carcinomati similis sit et non „difficulter tum incidi, tum auferri et avelli possit, idque praestabimus instrumento, polypi „incidendo et extrahendo accommodato, quod neque cuspide aut a lateribus aliud apprehen„dere, quam superfluam carnem, propter recurvatam aciem non potest, ita ut sensim modo „incidamus, modo apprehendendo avellamus."

§. 17.

Guil. Fabricius (l. c. Centur. III. Obs. I. pag. 187) delineavit Cultellum separatorium, quem ad caruunculas ex auris meatu exscindendas aptissimum vocat. (vid. Tab. nostr. I. Fig. 6.)

Epist. 61. pag. 1005, haec:

„Incipienti polypo, aliquando ad radicem illius beneficio instrumenti, vinculum injeci felici„terque ipsum filo abscidi.

§. 18.

Severinus (l. c. de Section. Cap. LXXIV. pag. 116) dicit:

„Ad praescindendos vero polypos utimur forfice cannulata, ea sit e chalybe aut ferro, rost„rum habeat cannulatum rotundum, in superiore parte hinc inde coopertum: latera omnia „operculi et cannulae acuta sint ut praecidant, apprehenditur cannula polypus et a superne „parte praescinditur formandum autem pro polyporum crassitudine forfex omnibus extremita„tibus cannae acuta. (vid. Tab. nostr. II. fig. 3.) Licebit vero si crassior sit caruncula, quam „ut per fistularem hunc scalprum apprehendi queat, ante per acum filum ducentem transsui, „quo filo postmodum leviter attracto sic distenta caro laxa facilius subibit cannulam, per

„quam filum extra protensum manu continebitur in hunc modum, vide appositam fig. 1. pag. 116. (Tab. nostr. II. fig. 4.)

§. 19.

Van Horne (l. c. Sect. II. §. 8. pag. 418) haec:

„Polypus per Chirurgiam est auferendus, quae commodissime exercetur beneficio instrumenti „cujus pictura exstat apud Severinum pag. 115 et apud Scultetum Tab. IX. fig. 1. 2. — „Potest autem aliquid ei superaddi, nimirum, ut fiant in concava parte superiore „duo aut tres dentes qnadrati et acuti, quo firmius apprehendant.

§. 20.

Quae Glandorpius (l. c. Cap. XIV. pag. 42) nobis tradit, sequuntur:

„Si polypus sit ab osse ethmoideo pendulus, a spatha et aliis chirurgorum antiquorum instru- „mentis destiti ac excellentissimi Aqnapendentis usus fui. Si vero ex cartilaginum lateribus. „incurvo ad modum lunae nondum completae instrumento ac a Joanne Andrea à Cruce (libr. „VII de instrumentis) delineato, ipsum exscindo: specillo vere pomulo lato simul polypum, quo „facilius amputari possit, et radix magis extendatur, ac ad sectionem aptior reddatur interiora „versus manu sinistra impello.“ (vid. Tab. nostr. I. fig. 8).

§. 21.

Nuckius (l. c. Exper. XI. pag. 41) haec:

„Quidam ex amicis chirurgicis utitur eadem instrnmenti forma, sed minori, quali uvula rese- „catur.“ Scultet. armam. chir. Tab. IX. fig. 7. Adjecimus instrumenti effigiem Tab. nost. II, fig. 5.

Descriptio Sculteti sequitur:

„Est instrumentum orichalceum, quod in parte superiore circulum habet non nihil excava- „tum (A), in inferiore fistulam (B), per quam fili postquam in seminodum circumvolutum (E) „et in concavum annuli, ne hinc inde vacillet, repositum fuerit) extremum (C) mediante sty- „lo superius perforato (D) trahitur: alterum fili extremum per duos circulo (F et G) anne- „xos annulos ducitur et inferiori fistulae annulo (H) alligatur. Hoc instrnmentum primus in- „venit et descripsit. Guilelm. Fabricius Hildanus Cent. 2. Obs. 21.“

§. 22.

Apud Dionisium (l. c. Pl. XXXVII. 7me demonstr. pag. 481) haecce reperiuntur:

„Ceux qui operent ici par l'incision ont prétendu avoir mieux recontré et veritablement cette „manière a été en pratique pendant plusieurs siècles, et approuvée par Guidon et par d'au- „tres maitres; ils avoient inventé un instrumeut D (vid. tab. nostr. I. fig. 10), qu'ils appel- „loient Polypicon Spation de Polypsis, qui veut dire polype, et de spation, qui signifie „spatule, parce qu'il en avoit la figure. Cet instrument fait exprès pour cette operation, n'é- „toit tranchant que d'un côté de toute sa longeur, ils l'introduisoient dans le nez, le plus „avant qu'ils pouvoient et coulant son tranchant entre les parois de cet organe et le polype, „ils le separoint en prenant garde de ne rien couper du cartilage ce qu'ils avoient de la „peine à éviter, la cavité de la narine étant tortueuse. Quand par ce moyen, ils fendoient „l'aile de la narine jusqu'a l'os de la nez et ils tàchoient de trancher les restes de cette „excroissance jusque dans leurs racines. L'operation faite, ils recousoint par un ou deux „points d'aiguille ce qu'ils avoient fendu de la narine.“

3me demonstration pag. 238. De Cercosi haec:

„On en l'emporte par incision en le coupant entièrement avec ce couteau courbe (H), ou „avec le scalpel. (A)." (vid. Tab. nostr. fig. 9 et 11.)

7me demonstration. Pl. XXXVII.

„Si après que le polype est arraché, le malade sent encore quelque chose dans le nez, qui „l'embarasse et qu'en y regardant l'on apperçoive quelque petit morceau, qui soit attaché „au fond du nex, il faudra avec ces espèces de pinces, faites en forme de ciseaux (fig. H. „Tab. nostr. II. fig. 7), qui ne coupent, que par le bout, enlever ce résidu, autant qu'on le „peut, parce qu'il serviroit de germe, pour en produire d'autres."

§. 23.

Justina Siegesmunda (in praefatione l. c. pag. 11.) haec:

„Ich nahm ein weisses Band, machte daraus eine Schlinge, und brachte diese vermittelst „meiner rechten Hand und Finger über dem Gewächse, und wie das Gewächs recht „gefasset, zog ich die Schlinge mit der linken Hand zu, und schnitte hernach durch eine „lange Scheere das Gewächs ab." —

§. 24.

Purrmannus (l. c. Part. I. Cap. XXVIII. pag. 212.):

„Die Wegbringung dieses Gewächses durch den Schnitt, oder vielmehr durch ein sonder- „liches dazu bereitetes Instrument fast den sogenannten Kornzangen gleich, welches schnei- „det und abknüpfet, geschiehet also: wenn nach beigefügter Figur Litt. A. (vid. Tab. „nostr. II. fig. 6.) die Polypus-Scheere verfertiget und bei der Hand, so schiebe dieselbe „etwas aufgemacht in die Nasen hinein, und wenn du damit auf des Nasen-Beins Grund „kommen, so wird durch einen einzigen rechten und geschickten Druck der Polypus abge- „schnitten und herausgezogen." —

§. 25.

Quae Süssius de Jac. Antonio (Act. Phys. med. Vol. IV. Obs. 1.) nobiscum communicavit, sequuntur:

„Adhibuit in operatione primum forcipem rostro anserino instructam et cum hoc non suffi- „ceret, aliud instrumentum, forcipis quidem instar fabrefactum, longiusculis exilibusque bra- „chiis praeditum, quorum vero extremitates in capita semicylindriaca intus cava et ea parte, „qua concurrebant orbiculatim incidentia desinebant, quo debite juncta, apta fuerunt ad ex- „templum recidendum quicquid carnis apprehenderent. His instrumentis frustulatim sustulit „polypum utrasque nares et fauces occupantem.

§. 26.

Heisterus (l. c. Cap. CLVI. pag. 1021) haecce:

„Si paulo grandior mola existit, quam ut integra extrahi valeat tum vel digitis, vel scalpello „quodam falcato longiore vel et unco fig. 17 aut 18, vel et duplici fig 21. (Tab. nostr. I. „fig. 19. 20. 21. 22.) quam cautissime discerpi eadem atque sic particulatim extrahi debet.

§. 27.

Instrumenta a Levreto (l. c. pag. 285, Planche IV. fig. 10 — 14.) ad explorandos et dissecandos narium polypos inventa:

„Le premier (fig. 10. Tab. nostr. I. fig, 12) est une sonde d'argent; des deux parties de cette „sonde, il en est une tres flexible qu'on a applatie et dont on a arrondi l'extrêmité; l'autre „est faite en croissant, et est cambrée sur son plat; le corps en est cannelé, c'est une pre-

„caution; il est peut-être des cas imprévus ou la cannelure sera de quelque utilité. Avec l'extré-„mité applatie de la sonde il ne sera pas difficile de reconnoître le volume dela Tumeur, et de ju-„ger si elle est isolée ou adhérente: et si par hazard on rencontroit profondément des brides „qui fissent adhérer le Polype aux parois du nez, on les détruira sans aucune peine avec le „bistouri suivant; sa lame peut aisement passer entre l'intérieur de la narine et la Tumeur.

„Le second instrument que representent les Fig. 11. 12 et 13. (Fig. nostr. 13. 14 et „15.) a un manche a travers lequel passe la soye du bistouri et cette soye est rivée à l'ex-„trêmité du manche: la lame de ce même bistouri est embrassée du côté de sa pointe et „de son tranchant par une feuille d'argent qu'on a doublée sans la rendre beaucoup plus „épaisse: on prevoit qu'elle est la destination de cette feuille, c'est d'empecher de la pointe „et le tranchant de la lame ne blessent les parties entre les quelles celle-ci doit passer. Lors-„qu'on sera parvenu aux brides dont on voudra dégagner la Tumeur, au moyen d'une virole „qui embrasse le pedicule de la feuille et qui la tient assujettie sur l'instrument on retie-„rera la chappe, le tranchant du bistouri sera libre et le Polype bientot dégagé de ses „adhaerences.

„Le troisième instrument (Fig. 14. — Fig. nostr. 16.) est encore une espece de bistouri „destiné au même usage. Celui ci est fait an croissant, son tranchant est dans l'intérieur „et son dos à l'extérieur, mais outre cela sa lame décrit sur son plat une portiou de cercle, „afin de ce trouver comme moulée à la cavité de la narine: ce bistouri a une tige et une „soye, celle-ci passe à travers un manche de même qu'a précédent, mais il n'a pas de „chappe; c'est l'extrêmité de la sonde d'argent figurée en croissant, qui sert à conduire cet „instrument sur les brides pour les détruire, soit en poussant, soit en donnant de petits „mouvements un peut obliques et en parties latéraux.

Praeterea L e v r e t u s auctor existit instrumenti ad narium polyporum reliquias deradendas, V e r t i c i l l e vocati, quod pag. 314. hisce verbis describit:

„Quatre parties principales le composent; la premiere est un fil d'archal tourné en spirale; „la seconde est un stilet d'argent tres-flexible qui est placé au centre du vuide des spi-„rales; la troisième et la quatrième enfin sont deux manches d'Ebene dont la figure exté-„rieure est semblable et qui sont tous deux, vers le milieu, percés dans toute leurs longeur. „Ces deux manches different néaumoins entre eux d'abord parceque le manche A. a en B. „une espece de petite cannule, à travers laquelle passe une des extrêmités du stilet, et qui „est terminée en vis, à laquelle s'adapte un écrou, à l'extrêmité inférieure du manche. Cette „cannule a extérieurement des pas de vis entre lesquels s'engraine le fil d'archal, c'est par-„la qu'il est arrêté à ce bout du manche; elle a encore une petite platine, qui l'empêche „de se devier et de descendre plus bas dans l'intérieure du manche, elle est par ce moyen „très-stable, et l'instrument y gagne quelques noveaux Legrés de propriété. Le manche „C. a dans son interieur, une tige d'acier refêndue, dont une partie demeure appliquée à „l'une des parois du manche tandis que l'autre est libre: celle-ci a intérieurement sa par-„tie supérieure taillée en doucine ou petit pêne de serrure, et est reçûe par la fenêtre pra-„tiquée au petit bout d'argent D. Le corps de ce ressort est vissé dans un écrou encastré „dans l'extrêmité du manche en E.

„Le petit bout d'argent D, est presque cylindrique, et se termine en larme; „un de ses côtés, ou plûtôt le côté de la fenêtre est applati pour faciliter le pas-„sage de la doucine qui doit s'insinuer dans la petite fenêtre, lorsqu'on presente l'une

„à l'autre. Le corps de ce petit cylindre est lui même creusé en forme de cannule jus-„qu'aux trois quarts ou environ de sa solidité; et dans ce qui reste du plein, est soudé un „trés petit anneau d'argent qui sert à accrocher le bout du stilet qui y pénétre; enfin la „surface externe de ce cylindre a pres l'extrémité opposée à celle que nous venons d'ecrire „des pas de vis entre lesquels s'en chassent ou s'engrainent ceux de l'autre bout du fil „d'archal."

„Pour opérer par son moyen il faut d'abord l'introduire dans la narine malade à tra-„vers de polype muqueux, c'est-à-dire faire passer la petite portion d'argent D la pre-„miere et l'enfoncer jusqu'à ce qu'on l'apperçoive par la bouche derriere la luette: On la „saisit alors avec des pinces à Polype ordinaires, pour l'amener en dehors; cela n'est pas „difficile, du moins peut-on beaucoup s'aider: il ne faut, pour y réussir, que pousser avec „l'autre main, la portion de l'instrument qui tient au manche A; la partie D, une fois hors „la bouche, il faut la faire entrer dans le manche C. et l'y enfoncer jusqu'à ce que le res-„sort l'y ait accrochée et rendue stable. Alors on prendra de chaque main un des man-„ches de l'instrument et par des mouvements combinés on parviendra sans a contondre, en „rappant pour ainsi dire, les mucosités qui seront dans la narine."

(vid. Tab. nostr. XV. Fig. 1.)

§. 28.

Le Cat (Phil. Transact. Vol. XLVII. pag. 299.) ad exstirpandos vesicae urinariae atque uteri polypos forcipem secantem invenit, hisce verbis descriptam:

„Cutting forceps or scissars to cut the excrescences of the bladder or uterus which are inac-„cessible to the Fingers. A. — The bend of this instrument on the flat of its blades. — „B. — Buttons, which terminate each blade, and are at some little distance from one another „even when thes blades are closed together: that these ends might neither prick norpinch „the coats of the bladder. (vid. Tab. nostr. II. Fig. 14.)

§. 29.

Brambilla (Tab. XV. Fig. 2. — Tab. nostr. I. Fig. 24.) delineavit instrumentum ad polypos minoris ambitus inque narium meatu occurrentes auferendos cochlearis instar excavatum, marginibus acutum. —

§. 30.

Richterus (Anfangsgr. d. Wundarzneik. Vol. I. pag. 415.) in uteri polypis, quibus ligatura frustra applicata et propter intolerabiles dolores remota fuit, quocirca persuasum habuit de pedunculo tendinoso, qui nec deligari, nec detorqueri posset, resectionem vel intra vaginam prope polypi radicem instituendam, vel polypo, forcipe in hunc usum idonea v. g. Smelliana, usque eo cautissime protracto, ut scalpello abscindi possit, extra vaginam perficiendam censet.

Ad polypos intra vaginam resecandos laudat:

a) hamulum ad latus curvatum, secantem, illius instar, quo in dissecando foetu utitur.

б) forficem longiorem, cujus laminae ad latitudinem sint inflexae, apice obrotundae atque obtusae.

Ad resecandos polypos e vagina protractos:

Scalpellum, vulgo Bistouri vocatum.

§. 31.

Bellius (Benj.) (l. c. Tom. III. pag. 481. Tab. IX. Fig. 111-113.) forfices ad polypos faucium dissecandos vario modo incurvatas delineavit, quarum formas ostendunt Tab. nostr. III. Fig. 1. 2 et 3.

Polypos aurium meatus externi ope hamuli prehensos et protractos scalpello incurvato, una acie instructo, superne obrotundo exscindit. (vid. Tab. nostr. 1. Fig. 17 et 18.)

§. 32.

Starckius (l. c. Vol. II. Sect. 3. pag. 18.) in resecandis uteri polypis laudat:

a) Hamulum scindentem **Friedii** (ex Thebesio Fig. 33. — Tab. nostr. I. Fig. 23.)

b) Scalpellum minimum incurvatum annulo aeneo annexum vulgo **Fingerbistouri** vocatum (Doebner diss. de usu instr. in arte obstetr. Jenae 1782. Fig. 4.)

§. 33.

Whathely (Th.) operandi modum **Grahnius** (Diss. pag. 13.) hisce exponit verbis: „adhibuit enim cultrum cujus apici perforato fili, antea polypi basin circumjecti, e naribus „propendens altera extremitas inseritur, altera ab adstante tenetur, ut cultellus ad radicem „usque polypi introduci et hunc exscindere queat.

§. 34.

Boothius (Lond. med. Reposit. etc. Vol. XIII. pag. 285 seq.) novi quidem, sed valde inepti instrumeuti ad polypos narium dissecandos est inventor. (vid. Icon. nostr. Tab. II. Fig. 9 — 13.)

Auctoris descriptio:

„The instrument consists of two blades (aa.) curved in the same manner as the common „forceps, and which are made to retain a parallel position with respect to each other, when „either shut or opened, by means of the dubles hinges (bb.). The screw (c.) seres the pur„pose of tightening the blades retaining them in one position, and regulating the distance „between them. The polypus being enclosed between the blades, instead of tearing it „away, as is the practice, it is removed by means of the lancet (f), which, being fixed „at the end of a steel spring handle (d. c.), is thrust along the upper edjes of the blades „of the forceps, and by this means detaching whatever is enclosed between them, from „the parts to which they were attached.

„**Fig.** 2 and 3 (Fig. nostr. 10 et 11. Tab. c.) are side views of the in and outside of „a blade of the forceps. The handle part is roughed, and the inside of the blade is toothed „to prevent is schipping. There are two small ears at (k.) with a groove in them, to re„ceive the edges of the spring handle of the lancet. In front of them and at the upper sur„face, is the beginning of a groove in the blades, which extends nearly its whole length, „and which, by receiving two schmall projections, in the small piece to which te lancet „is attached, directs its course, and prevents its getting out of contact with the upper sur„face of the forceps. In the steel handle at (e.) are two notches which pass over the ears „at the same time the projections enter the canal. A side and end view of the steel handle „(e) the lancet (f.), and small piece (h.) with its labral projections, are seen in Fig. 5. „Fig.nostr.12.) The spring handle ex acthy corresponds in width with the distance between „the forceps blades: it has a small handle (i.) and schould be about ten inches in length, „that of the forceps being about six inches and a half. The lancet is rather wider than teh

„handle, so as to rest upon the blades, bat not project beyond them. A section, showing „the relative position of the lancet and blades, is seen Fig. 6. (Fig. nostr. 13.) As all po„lypi are not possessed of equal bases, it will be necessary to have two or three lancets „of different widtles. —

§. 35.

Instrumentum, quo de Siebold utebatur, descriptum ac delineatum reperitur in Mayeri diss. cit. pag. 46. Fig. 1-3, (Imagin. nostr. Tab. III. Fig. 4—6.).

Verba Mayeri:

„Est forfex, in S fere romani speciem curva, cujus et laminae secundum latitudinem suam, „et ansa inflexa sunt, in apice obtusa, rotundata et pro polypi sede varia vel novem vel „decem et dimidium pollices Parisios longa et vario modo incurva.

„Operatio ipsa sequenti perficitur ratione: Qui operaturus est laevae manus duos aut „si altius haeserit polypus plures digitos oleo inunctos in vaginam ad polypi usque petiolum „immittit, altera tum manu secundum hosce digitos, forficem itidem oleo inunctam ad ean„dem caute ducit altitudinem tumque, ne multum forficis membra diducere necesse est, mi„nusculis tantummodo secturis, presse sub digito factis, petiolum paulatim perscindit, poly„pumque mox vel manu vel si nimius fuerit, forcipe ad id accommodata e vagina educit.

§. 36.

Cel. Schregerus ad residua polyporum radicitus auferenda forcipem invenit simul conquassantem atque secantem, qua utraque vi, quominus sanguinis profluvium irruat, pro„hibetur. Descripsit ac delineari curavit hocce instrumentum in L. c. Textoris Vol. I. pag. 203. Tab. VII. Fig. 2. (vid. Tab. II. Fig. 13.)

„Fig. 2. Ist die elastische schneidende Zange in einer Seitenwendung angesehen.

„A. Der weibliche Arm. — *a.* Die Spitze desselben gezähnt und mit einer drei„eckigen Lanzenvertiefung, in welche die Schneide des männlichen Arms beim Schliessen „eintritt.

„B. Der männliche. — *b.* Das schneidende Ende desselben. — *c.* ein stumpfes Knöpf„chen, welches beim Schliessen der Arme das Anstossen der Schneide auf dem Grunde der „Vertiefung *a.* und das dadurch mögliche Stumpfwerden verhindert. — *d.* die durch Feilen„haue rauh gemachte Gegend, auf welcher die Finger des Chirurgen ruhen, eine gleiche „befindet sich auf der Aussenfläche des weiblichen Armes. — Für manche Fälle kann man „dieser Zange vorne aufwärts gebogene Arme geben.

Inter antiquiores, ad exstirpationem polyporum narium et faucium inventos, referendi sunt: bacillus Heisteri acui ad vincienda vasa aneurysmatica haud dissimilis, et apparatus Dallasii. Instrumenta hujus modi, exstirpandis uteri polypis dicata, invenerunt: David, cujus instrumentum primus mutavit Klett, bacillos superne incurvans, (quibus applicatio nihil sublevatur), inferne trochleam addens, quo firmius constringeretur ansa. Loder rectos Davidis bacillos ita emendavit, ut levem curvaturam pelvi consentaneam iis impertiret. Hunteri instrumentum et ipsum manus auxilium promtum requirit, itaque paucis respondet casibus. Omnium hujus ordinis instrumentorum aptissimum Loeffleri censeamus. Universim chirurgi horum instrumentorum usum magis magisque deseruerunt, quippe quem modo polypi penitius haerentes recipere videantur.

D. Apparatus e duobus instrumentis singularibus compositi: ansae sustentaculo, ad injiciendum laqueum et ansae constrictore, ad laqueum constringendum.

Instrumentum hujusmodi veterrimum est Ambros. Parei, primo ad deligandam uvulam elongatam, dein ad polypos exstirpandos administratam. Postea Herbiniaux ad ligandos uteri polypos invenit instrumentum, cujus incommoda mox ipse perspexit partimque eo emendavit quod curvaturam leviorem ejusque juncturam faciliorem reddidit; attamen constructio impedivit, quominus verum praestaret usum. Huic proximum est instrumentum Starckii, cujus praestantia potius in minoribus sumptibus, quibus apparatur, quam in faciliori ligaturae applicatione cernitur. Multo majoris momenti est Desaultii apparatus, praesertim emendatior, qui postea a Bichat simplicior redditus etiamnum laude est dignus, inprimis ad curandos narium polypos; multum enim valuit ad maturandam perfectionem apparatuum seriei insequentis. Instrumentum a Basedow inventum ad ligandos uteri polypos nonnisi modificationem Desaultiani exhibet, cui forsan eo antecellit quod facilius apparatur; neque minus a Patrix propositum admodum complicatum, modificationem sistit Desaultiani. Apparatus a Ricou inventus, minus laudabilis, ad similitudinem Starckiani accedit.

E. Apparatus corona orbiculorum precatoriorum praediti, (Rosenkranzwerkzeuge vocati), consistunt ansae sustentaculis parvisque globulis, ad constringendum laqueum funiculo alligatis.

Primum hujusmodi instrumentum apposuit Koderick (non Roderick, quem Richter in Biblioth. chirurg. Vol. II. appellat), quippe qui eo ad exstirpandum faucium polypum, simul adhibitis specillis fissis usus est. Postea aliquanto mutatum, a Boucher ad curandos uteri polypos adhibebatur. Loeffler et Sauter, additis duobus ansae conductoribus, ma-

*) *Lefaucheux sur les tumeurs de la Matrice et du Vagin. Paris* 1802. 8.

jorem simplicitatem ei conciliaturi, repudiarunt vasculum trochleam includens, quod adjecerat Boucher, ut funiculus circumvolutus ab humore tutus praestaretur; ille quidem in ejus locum substituit globulum fini additum, duobus dimidiis compositum, qui circumcluderet trochleam; hic autem, trochleis plane rejectis, aliam globuli supremi et infimi structuram commendavit, quorum posteriori laqueum adstrictum, in ansam collectum, affixit. Tametsi haec idonea videantur, constrictio tamen hoc modo effecta, inprimis si polypi pedunculis gaudeant crassioribus, non sat valida est, ad sarciendas vices trochleae, quippe qua quotidiana quoque constrictio multum juvatur; bacilli ejus, perinde ac ille Boucheri, destituuntur curvatura ad pelvim accommodata, quae ligaturae applicationem mirifice sublevat. Hancce curvaturam, nec non aptum trochleae apparatum offert Ribkii instrumentum, quod hanc ob causam omnium chirurgorum plausum tulit scopoque optime respondet. Quod faciliorem juncturam conductorum ansae attinet, non parvi aestimanda videtur emendatio a Mayero instituta.

Haec instrumenta, simulatque a Boucher erant introducta, singularem chirurgorum attentionem excitarunt; nemo enim fuit eorum, qui non optaverit ut aliorum instrumentorum (in vagina relinquendorum, donec polypus esset segregatus) incommoda, nimirum partium genitalium irritatio et difficultates in aegram redundantes, compensarentur; illa enim incommoda vel nihil vel parum imputanda sunt novo huic apparatui. Quum summam perfectionem haec instrumenta nostro tempore obtinuerint, non est, quod iis adjiciamus, ut emendentur; etenim supremis uteri locis laqueum injici, facile patiuntur, quo factum est, ut polyporum uteri deligatio omnibus numeris absoluta possit judicari.

Deligationis indicationes vulgo habentur hac:

1) Si polypi parieti laxo, facile cedenti inhaereant.

2) Quorum basis adeo lata sit, ut vasa sanguifera majora iis inesse suspicemur, aut si ante operationem multum sanguinis ex iis feratur; si in pedunculo uteri polyporum arteriae pulsatio sentiatur.

3) Si polypi nec oculis nec tactu possint explorari. Restringendae autem sunt indicatio prima et tertia, imo prima ex toto, tertia ex parte abjicienda videtur.

Vetari dicitur ligatura:

1) Ubi apparatus ligatorius non prompte possit adigi.

2) Ubi polypi intumescentia cite et repetina, deligationem sequente, partium conterminarum functiones queant turbari aut subverti et secretio ichoris acrioris polypi in decompositionem abeuntis periculum minitetur.

3) Ubi locus sit alii methodo promptius opitulanti.

Epicrisis. Haecce methodus, quae olim omnibus reliquis praeponebatur solaque eradicandis uteri polypis consentanea putabatur, non destituitur incommodis, quae, perpensis omnibus factaque cum reliquis methodis comparatione, facile in conspectum prodeunt, iisque repugnant laudibus, quibus Levret et sectatores ejus deligationem exornaverunt. Isti enim parasitorum regenerationem hac methodo tutissime caveri censuerunt, at refragatur iis experientia: certe enim resectio et, si narium polypi exstirpandi sunt, evulsio minime ei cedit. Dicunt etiam, deligationem omnium minime dolere: at dolor, quanquam levior, certe diuturnior est, praesertim resectionis habita ratione. Ceteroquin ejus administratio admodum est

longinqua, multis difficultatibus conjuncta et per ichoris secretionem inevitabilem molesta, saepeque inimica. Omissis autem iis, quibus cedit resectioni ad curandos uteri, evulsioni ad delendos narium, aurium et faucium polypos, non possumus, quin plura ei commoda largiamur, quae locum haud infimum juxta reliquas methodos ei vindicent, ejusque administrationem interdum necessariam reddant.

Pars specialis.

§. 1.

Avicenna (libr. III. Fen. 21. Tract. 4. Cap. 23 et 24.) de polypi uteri deligatione haec refert:

„Et Fursus (Alia litera: alcharcas s. charcas) quidem est caro addita, orta in ore matricis, quae quandoque prolongatur, et quandoque abbreviatur, et non prolongatur nisi in aestate et abbreviatur in hieme. Et Fursus quidem ligatur cum filo, ligatura stricta, et dimittitur duobus diebus aut tribus.“

§. 2.

Guilelmus de Saliceto (l. c. Guidon. Chirurg. Libr. 1. Cap. XVII. fol. 308. Litt. F.) de polypo narium:

„Liga polypum usque ad ejus radicem quantoplus potest cum filo serico duplicato.“

§. 3.

Joh. de Vigo (l. c. Libr. II. Tract. 3. fol. 44.) ligaturam quidem proponit, operandi tamen modum reticet:

„aut efficitur exstirpatio cum ligatione fili.“

§. 4.

Fallopius (l. c. Tract. de Tumor. praet. nat. Cap. XXIII. pag. 298.) haecce habet:

„His autem modis solet auferri Polypus per manualem curationem: Primo cum laqueo, imponendo filum circa radicem Polypi et arrepta radice fiat nodus sic relinquendus, quoniam post tres dies ex se cadit.“

Modus 7: „Alii vero secant partes narium laterales, donec deveniant ad Polypum et ipsum deinde ligant donec per se cadat, postea nares consuunt“ etc.

§. 5.

Jacchinus (Glandorpii Tract. c. Cap. XV. pag 43.) effatur:

„Optimum erit, si id fieri possit, uti deligatura, qua utitur Galenus ad abscindendas venas et nos haemorrhoidas ani et ortas puellae in capite et saepe plurimum sanguinis fundentes, sanavimus. Nam et excrescentiam omnem abscindit, ubi ad radicem deligatur et sine vulnere aut profluvii periculo, imo prorsus sanam cutim dimittit. Fit ex sericeo filo maxime, vel ex pilis equinae caudae, nam intra septimum vel ad plus decem dies arescit tumor et excidit destitutus alimento suo.“

Eodem modo Forestus (Observat. libr. XIII. de nasi affec. obs. VII. pag. 70.) procedit. —

§. 6.

Ambrosius Paraeus (l. c. Libr. VII. Cap. VII. pag. 235-36.) de cura uvae relaxatae Annuli constrictorii mentionem faciens, hunc quoque in exstirpandis polypis commendat. Dicit enim:

„Ergo ut uvae quod superfluit facilius tutiusque amputes aegrum luminoso in loco sedere „jubebis, atque hiante sit ore, procurabis: Volsella uvae mucronem comprehendes ejusque „quantum inutile infra volsellam erit praecides. Alias infra descripto instrumento id reli-„gabis: ejus instrumenti inventio accepta ferenda est Horatio Castellano etc.: Cujus etiam „usus esse poterit in Polypis et vulvae verrucis constringendis."

Descriptio instrumenti:

„Annuli constrictorii Columellae plexis funiculorum colligationibus constringendae apti Typus „(vid. Tab. nostr. XI. Fig. 1 et 2.)"

„A. Annulum monstrat, cujus postica pars nonnihil est excavata.

„B. Filum duplex et ceratum, qui in annuli cavitatem inseritur et nodo sequaci s. laxo „stringitur."

„C. Virgulam ferream in quam descriptum filum duplex init convenitque tum constringendum „cum uvae relaxatae, tantum fuerit comprehensum, quantum inutile est, et amputandum „sine ullo haemorrhagiae metu. Cum vero filum constringendum erit ipsum iterum per vir-„gulam ferream ducetur, atque pro arbitrio constringetur, ipsius capite seu extremo ex ore „prominente et pendulo. Caeterum arctius singulis diebus stringendum donec inutilis portio „constrictionis vi deciderit; sicque parti laboranti et aegro sanitas restituta fuerit."

§. 7.

Glandorpius (l. c. Obs. II. pag. 60) haec profitetur:

„Ut antea ita et nunc sectionem recusant. Ultimo ad propositum conveniens instrumentum „fabrico quocum radicem circum circa ligavi. Hamulum scilicet incurvo cuspide pomulo „oculato, per quem filum sericum inceratum transegi, firmiterque injecto nodo intortoque filo „cum duobus aliis specillis circum ligavi 7mo Jul.; alternisque diebus constrinxi, 16mo ejus-„dem mensis cum filum arctius contraherem excidit polypus."

§. 8.

Nuckius (l. c. Exper. XI, pag. 41).

Curatio per filum:

„Filum tamen non ubique convenit, quod satis alte ligatura injici nequeat. Si cui tamen hac „methodo Polypum exstirpandi animus, procedat uti Hildanus in Trago scirrhoso ex aure „propullante Obs. I. Centur. 3. pag. 186. ubi instrumenti et fili usum destincte proponit."

Sequitur descriptio Hildani:

„Instrumentum autem hoc ex lamina cuprea aut argentea fabricatum esse debet, et ita qui-„dem ut per se apertum sit, extremitates tamen B B notatae (vid. Tab. nostr. VIII. fig. 1.) „digitis facile comprimi ac claudi possint. Praedictae extremitates quoque aliquo modo ex-„cavatae esse debent quo carunculam lubricam eo melius amplecti possint.

„Administratio. Primum caput sive externam fili extuberantiam filo apprehendi. „Hujus enim fili beneficio caput fungi suspensum tenebam. Interim funiculum cum semi no-„do (ut in fig. nostr. 1. T. c. adumbratum reperitur) intromisi et cum stylo quodam exploratorio „quantum fieri potuit intrusi. Deinde ambas extremitates hujus funiculi per foramina in se-„quenti figura B B notata, eo modo ut sequens figura denotat, traxi. Postea instrumento tam „alte, quantum fieri potuit in meatum auditorium et quidem ad utrumque latus fungi intro-„misso, extremitatibus funiculi, ambobus indicibus apprehensis et fortiter tractis atque con-„strictis fungum arctissime ligavi. Interim autem dum filum simul et instrumentum intrudun-

„tur minister filo primum apposito extuberantiam fili clementer leviterque in altum trahit id-
„que in eum finem ut funiculus simul et instrumentum eo facilius et profundius intromittere
„possit. Facta ligatura instrumentum leviter extraxi, filum vero suspensum reliqui. Extu-
„berantia ita ligata paulatim flavescere coepit et nonnullis diebus praeterlapsis absque dolore
„et haemorrhagia excidit."

§. 9.

In **Dionisio** (l. c. Pl. XXXVII. 7me demonstr. pag. 480.) talia nobis occurrunt:
„On prendra une grande aiguille courbe (Pl. c. fig. c. Tab. nostr. VIII. fig. 2) de plomb ou
„de fil de Ceton, et l'on enfilera d' un gros file ciré, dans le milieu du quel on fera un noeud
„coulant, qu'on mettra sur le bout d'une pincette a bec de corbin (Pl. c. fig. A. Tab.
„nostr. VIII. fig. 2 (comme si l'on vouloit faire la ligature de l'extrémité d'un vaisseau, l'on
„empoignera la tumeur avec ce bec de corbin; puis l'on coulera jusqu'a la baze de cette
„excroissance le noeud dont on le serrera, aprés qu'on aura passé l'aiguille par la narine, et
„qu'on l'aura retirée par le palais, car cette aiguille amenant avec elle une des bouts du fil,
„on le tirera en même tems, qu'on tiendra l'autre bout, qui sera resté hors du nez, et ainsi
„resserant tous les jours le fil, l'on sera a la fin separer et tomber le polype: cette ligature
„est bien inventée, mais je la crois de difficile execution."

Pag. 238. **De Cercosi** haec:
„On on l'emporte par ligature en la liant tout proche sa racine avec ce fil *o*." — (vid. Tab.
„III. nostr. fig. 15.)

§. 10.

Iuncker (l. c. Tab. XXXII. pag. 221.) haec refert:

„Ad ligaturam dextre administrandam prostant nonnullae inventiones, e quibus, praecipue
„si parvi ambitus sit excrescentia arcus ex ossibus ceti paratus non contemnendus est. Hac
„enim encheiresi intra tres dies plenaria interceptio secure sperari potest. Videlicet adhibe-
„tur huic arcui funiculus e pilis equinis longis, aut e serico saepius contorto ac firmo para-
„tus, atque hic funiculus simplici vel duplici ambitu petiolo circumducitur. Ita arcus qui
„perpetuo elatere consistit et pro re nata plus vel minus firmus formatus est, continuo funi-
„culum suum stringit, et quo magis pars affecta cedit eo magis arcus ille intendit stricturam.
„Atque ita successive affluxus inhibetur et excrescentia siccescit."

Nota. „Pro hac operatione parare etiam solent machinas tales tensorias, quales horologia
parva habent, (wie die Federn an den Sackuhren).

§. 11.

Joannes de Gorter (l. c. Libr. V. Cap. IV. §. 881):

„Si medicamentis adhibitis Polypus non cedit et pedunculus non nimis alte in naribus
„haeret, ligatura artificiosa injecta pedunculus polypi est constringendus per filum tenax, quae
„operatio hoc modo instituenda; filum per acum ex plumbo admodum flexili confectam, trajec-
„tum, immittendum ita nari, ut acus hujus mucro ab altera parte pedunculi polypi prehendi pos-
„sit forcipe subtili, et iterum extrahi incurvando acum plumbeam: ita filum per acum trajectum
„ambit polypi pedunculum. Deinde utraque extremitas fili collecta ita est contorquenda, ut
„pedunculus polypi a filo interceptus constringatur, illa contorsio sensim magis constringenda,
„quod per nodum injectum hic fieri non potest, donec livor et nigredo polypi doceat, eum
„esse suffocatum; relinquendum filum contortum donec sponte prolabitur polypus.

§. 12.

Heisterus (l. c. pag. 615.):

„Cum vero non viderem, qua ratione digitis aut specillis filum radici adeo altae, in nare adeo „repleta, injici, eaque apte ligari possit, de instrumento; quo filum circumduci queat cogitare „coepi, et dum aegram ad operationem praepararem, illud, quod Tab. XIX. fig. 12. hic deli„neari curavi, excogitavi, eoque optime rem executus sum. Nimirum per foramen apicis cur„vae hujus instrumenti Litt. B. filum sericum duplex, idque satis robustum transmisi. Postea „dum aegra luce adversa in sedili sederet pinnam nasi manu mea sinistra paululum elevavi „ac distendi. Deinde arrepto hujus mei instrumenti manubrio A dextra manu, apicem intra „pinnam et polypum sursum magna circumspectione eosque in altum adegi donec radicem, „quae ex latere externo naris, circa medium fere ejus prodiret, ne superasse sentirem. Post „haec manubrio diligenter sursum reflexo effeci, ut apex qui obtusus est, ne nares intus lae„dat, post polypum in parte inferiori ita in conspectum prodiret ut filum trajectum appreben„dere alterumque ejus extremum e nare extrahere valerem. Hoc extracto manubrium rursus „blande depressi, tandemque totum ferramentum e nare, relicto intus filo radici circumjecto, „eduxi. Filum denique nodo eoque duplici constrinxi, atque sic radicem probe ligavi. Al„tero die eadem ratione progressus sum, atque sic altera vice radicem ligavi. Tertio die „tertium id feci, filumque paulo fortius adstrinxi, ita polypus valde induruerat et niger fie„bat. Quarto die cum polypum nigrum et durum ac simul fila circumjecta paulo vellicarem „atque an solutus sit polypus, explorarem, haec simul cum polypo sine ullo dolore aut hae„morrhagia extraxi."

§. 13.

Instrumentum Le Cati (Levret l. c. Pl. V. fig. 2. Tab. nostr. VIII. fig. 5.) formam gerit forcipis, brachiis perlongis et manubriis brevioribus. Ad transitum fili, quo perficitur ligatura, tria reperimus foramina; unum (*c*) in regione vinculi, quo duo junguntur forcipis brachia, aliaque duo (*aa. bb.*) in fine brachiorum supremo. Filum eo modo huic instrumento apponitur, ut ansa suo loco facta fili extremitates singulae per foramina brachiorum ducantur, conjunctae deinde foramen in regione vinculi transeant.

§. 14.

La Faye (Levret l. c. Pl. VI. fig. 1 — 8. — Tab. nostr. VIII. fig. 20.) auctor existit hujusce instrumenti:

Constrictio polypi hic non fit ope fili, sed aggressu duarum laminarum semilunarium, brachiis istius instrumenti horizontalibus insidentium. Brachia ipsa constant ex bacillis planioribus medio fenestratis, quae separari, iterumque conjungi possunt. In fine brachiorum inferiori trochlea ita applicari potest, ut illius ope extremitates brachiorum inferiores distendi, laminae vero superius insidentes approximari sibi et polypi radix constringi possit. Totum instrumentum e chalybe est confectum.

§. 15.

Levretus permulta ad polypos deligandos invenit instrumenta:

Pag. 63. Pl. I. fig. 8 (vid. Tab. nostr VIII. fig. 3.)

„Je pris d'abord trois brins de fil fort, d'une demie aune ou en environ de long, je les ci„rais ensemble pour en composer une ligature; je fis ensuite vers le milieu une anse un peu „plus grande que n'étoit le petit diamétre de la Tumeur, je la bornai par le noeud du chi„rurgien, apres quoi je passai chacun des bouts pendant du fil par les yeux de la pince à

„Polype ordinaire, de dedans en dehors jusqu'au noeud; je les croissai et les arretai chacun „séparement, d'abors par un noeud simple, puis par un noeud coulant a la partie supérieure „et latérale externe de l'anneau de la même branche par laquelle le chef avoit été enfilé; en- „sorte qu'on ne pouvoit ouvrir cette pince sans serrer le noeud.“

Pag. 65. Porte - anse s. Serre - noeud (Icon. nostr, Tab. VIII. fig. 4.)

„Il ressemble persque à une pince à anneaux ordinaire mais il n'en diffaire pas moins „par ses parties, que par ces usages, car la pince n'est en general ainsi nommée que par- „ceque son action est de pincer, au lieu que notre instrument a deux actions bien différen- „tes; l'une de porter la ligature, et l'autre de serrer le noeud par le moyen de sa dilata- „tion; et c'est à raison de ces actions que je le nomerai Porte-anse ou Serre-noeud. „Cet instrument a l'extrêmité supérieure de ses branches fenêtrées dans le même endroit et „dans le même sens, que la pince dont on ce sert encore aujourd'hui pour arracher les „polypes du nez; avec cette différence cependant, qu'au lieu davoir ses fenêtres vuides, „elles sont garnies chancune d'une petite poulie noyée dans l'epaisseur des branches; ces „poulies servent à diminuer le frottement du corps de la ligature qui doit passer pour ces „ouvertures: c'est dans la même vûe qu'il y en a deux autres dans des supports saillans „près de la jonction des branches de l'instrument. Les anneaux sont fendus parallément et „situés dans un sens oblique opposé au sens ordinaire, pour des raissons, que l'on sentira „aisément lorsque nous décrirons le manuel de l'operation.

„Le succés de cet instrument remplissoit bien à certains égards une partie de mes vûes, „mais je prévis qu'il ne suffiroit pas d'avoir inventè un Moyen de porter une Ligature toute „préparée dans un lieu profond, et qui peut aussi servir à la serrer à volonté; mais qu'il „en falloit encore un autre qui tendit à faire monter la ligature, à conserver la forme de „l'anse, et à maintenir à la racine du Polype: car je pensois et avec raison que le doigt „le plus long, le plus grêle et le plus adroit serroit insuffiment lui seule pour cette fonction „et que plusieurs ensemble ne reusiroient même pas mieux. — Il fallut donc imaginer un „instrument, qui peut en l'introduisant dans cette cavité, tenir l'anse de la ligature assu- „jettie pendant le trajet, et qui lorsqu'on le retireroit, n'entrainat pas cette ligature et enfin „qui n'eût aucune asperité capable de blesser les parties voisines. Toutes ces conditions „me paroissent remplies dans l'instrument Planche II. fig. 2. et 3. au qui j'ai donné a cause „de son usage le nom de

„Conducteur de l'anse (pag. 417.) (vid. Tab. nostr. VIII. fig. 6.)

„Cet Instrument est composé essentiellement d'un ressort, d'une piece de pouce, d'une au- „tre piece à laqu'elle on peut donner le nom de piece de recouvrement et d'un brasselet. — „Le manche est d'Ebene pour la propreté et travaillé a facettes pour qu'il ne tourne pas „dans la main; sa partie supérieure est faite en collet. On voit, dans la figure 4. Planche „II. (Tab. ejusd. Fig. 8.) que ce manche est creusé en fosse, dont le fond est un plan in- „cliné et les côtés s'elevent à l'angle droit; c'est sur ce manche que se monte la sonde. — „Elle est faite en goutiere dans toute sa longeur et se termine inférieurement en mitre, „d'ou part une soye applatie; que l'on voit attachée au fond du fosse par deux vis, dont les „têtes sont apperçûes sur la face du manche de la Figure 3. (fig. nostr. 7.). C'est par le „moyen de ces vis que la sonde est affermie sur le manche: la partie inférieure de cette „sonde est percée d'outre en outre en A. Fig. 4. (fig. nostr. 8.) par un usage particulier „dont nous parlerons dans un moment; sa partie supérieure est bornée par une espece de

„petite fossette, elle a aussi à quelques lignes de distance une petite barre transversale prés „de B. Fig. 2. (fig. nostr. 6.) qui n'est que superficielle; derriere l'intervalle de la barre et „de l'extrêmité de la sonde, celle-ci est ouverte en travers en B. fig. 3. (fig. nostr. 7.) et „cette ouverture a interieurement sur ses parties laterales une petite goutiere qui sort a lo- „ger une portion de l'anse de la ligature. — Dans cette Sonde est placé le Stilet Fig. 5. „(fig. nostr. 9.). Il est demi rond depuis le monticule *c*, jusqu'à son extrêmité supérieure: „l'orsqu'il est placé dans la sonde, c'est la surface platie qui ce laisse apercevoir; alors le „monticule passe a travers la fente longitudinale A. de la sonde cannelée Fig. 4. (fig. nostr. „8.). L'extrêmité supérieure du stilet passe d'une part sous la petite traverse ou Barre „transversale de la Sonde vers B. fig. 2. (fig. nostr. 6.) et va se loger dans la fossette „dont nous avons fait mention plus haut; d'un autre côté la partie inferieure de ce stilet „est presque pointue pour entrer dans le trou pratiqué au bout mobile D. du ressort en spi- „rale Fig. 6. (fig. nostr. 10.), qui se place dans la partie inferieure et la plus profonde du „fosse pratiqué dans la manche, en faisant passer les deux bouts de l'axe ou de l'arbre au- „quel ce ressort est attaché par les crénaux qui sont au côtés des parois du fosse, et qui „representent les bras d'une croix fig. 4. (fig. nostr. 8.). Cette axe est exactement quarrée, „afin qu'il ne puisse pas tourner. C'est ce ressort qui communique la vertu au Stilet, lors- „qu'on veut faire agir ce dernier, ce qui s'opére en mettant le pouce sur la piece Fig. 7. „(fig. nostr. 11.) dont l'Ecrou E se monte sur l'extrêmité du monticule *c*. Fig. 5. (fig. nostr. „9), apres qu'il passé à travers la fente A. Fig. 4. (fig. nostr. 8.) comme en D et en E „Fig. 2 et 3. (fig. nost. 6 et 7.). — Mais pour empêcher le ressort de se devier en-dessus, „et pour rendre le coup d'oeil de l'instrument plus gracieux, on y a ajouté une piece de re- „couvrement qui est de meme lougeur, largeur et figure, que l'ouvrement du fosse pratiqué „dans la manche; on voit cette piece en F. fig. 4. (fig. nostr. 8.). Elle est attachée dans „l'une de ses extrêmités seulement, par une longue vis dont les pas s'engrainent dans un „ecrou quarré, qui est encastré dans le manche, elle est arrondie extérieurement et diminuée „de volume à proportion de la place qu'elle doit occuper en ce lieu. Elle est maintenue „par le brasselet Fig. 8. (fig. nostr. 12.). —

„Le Brasselet a trois choses distinctes: — La premiére, que sa continuité est interrompu „dans environ la huitiéme partie de son cercle. La seconde, qu'il a vers une de ses ex- „trémités suivant son contour circulaire et le milieu de sa longueur, mesure prise sur ce „qui reste de cette espece de brasselet. Et la troisiéme est un petit bouton situé entre le „rebord G le plus près de la breche du brasselet et de la fin de la fente circulaire de ce „côté. Pour placer ce brasselet, il faut absolument que le manche soit séparé de la sonde „parcequ'il ne deborde ni l'un ni l'autre; son usage est d'engager et de dégager à volonte „la piece de recouvrement du manche en embarassant sa partie grêle, ou en la quittant sui- „vant la necessité, parcequ'on mettant le pouce sur le petit bouton G. Fig. 8. (Fig. nostr. „12), lorsque le brasselet est en place, comme on le voit en H. H. Fig. 2 et 3 (fig. nostr. „6 et 7) on en devient le maitre. Il ne faut pas obmettre que dans le collet de manche on „fiché une petite pointe dont la sallie est réglée sur l'epaisseur du brasselet, et que la fente „de celui-ci reçoit cette pointe; car c'est ce qui borne le mouvement de ce même brasse- „let à l'étendue de la fente circulaire, dimunution faite de l'epaisseur de la pointe.

„Si les Polypes, que nous avions liés eussent exigé de plus fortes ligatures que celles „dont nous nous servimes, elle auroient été logées difficilement dans la petite cannelure

„transversale du Porteur de l'anse et par conséquent cet instrument auroit souffert avec „peine les mouvements circulaires et lateraux qui faut lui donner pour conduire l'anse de „la ligature sur le pedicule du Polype. Jai remédis à cette difficulté en donnant plus de „volume à léxtrémité de cet instrument ce qui permet d'y pratiquer une cannelure plus con- „siderable; d'ailleurs cette augmentation de volume produit un autre avantage; cest que la „portion de cercle que decrit la cannelure devient alors, quoique plus spatieuse, une plus „petite portion d'un plus grand cercle, que dans l'ancien instrument; en sorte que l'angle cur- „viligne en s'appuyant sur le dos du stilet, qui tient celle-ci comme enfilée, devient beau- „coup plus ouvert, ce qui procure à l'instrument une plus grande facilité d'être mû latéra- „lement, toutes choses étant d'ailleurs egales. — Le changement est désigné par les lignes „pontues Fig. 2 et 3. (Fig. nostr. 6 et 7.).

„Construction de la ligature et de la maniére de l'ajuster aux instruments:"

„J'y ajustai une ligature suffisament forte et longue que j'avois frottée de cire blanche „pour lui donner plus de soutien; afin de l'aider à couler, j'oignis tant soit peu toute la par- „tie, qui devoit servir à faire l'anse de la ligature et passer sur les poulies superieures du „Portcanse, ensuite mêtant décidé sur le plus grand diamétre du Polype pour fermer „l'anse de cette ligature; j'en bornai le cercle par le noeud du Chirurgien, puis j'enfilai sé- „parément chacun des bouts pendant du fil 1) par dessus les poulies supérieures en passant „de dedant en dehors, 2) par dessous les polies inférieures, et 3) entre les anneaux fendus, „et apres avoir tiré suffisamment ces deux bouts pour toucher le noeud contre l'extrémité „de l'instrument, j'en liai les deux chefs entre les branches inférieures et les anneaux, d'a- „bord par un noeud passe trois fois de crainte qu'il ne se relachât, ensuite par un double „noeud coulant bien serré, et l'observai de faire les anses de ces derniers tres petite de „crainte que les chefs pendans de la ligature ne passent par hazard dedans. Cette premiere „préparation étant finie, je pris le Conducteur de l'anse: le manche étant dans la paume „d'une de mes mains, je mis le doit indicateur de cette même main sur son anneau ou écrou „aile, que je tirai ce qui fit descendre le stilet plus bas dans la manche et laissé libre l'ex- „trêmité supérieure de la sonde: et avec le pouce et l'indicateur de l'autre main je presen- „tai transversalement l'anse de la ligature à l'extrémité supérieure, partie interne de la ca- „nelure longitudinale de la sonde, et à l'aide de la fenêtre transversale qui est située po- „stérieurement, elle se plaça dans la petite cannelure, qui lui est enterieurement continue; „cette portion de l'anse étant ainsi placée, je lâchai le stilet, qui allant sàppuyer dans une „petite fosse pratiquée à l'extrémité de la sonde, tient l'anse de la ligature engagée, enfort „cependant que, quoiqu'elle ne puisse se degagner qu'a volonté, elle peut glisser sur le „dos du stilet à la faveur de la cannelure dans la qu'elle elle se trouve logée.

Pag. 83. Forceps auxiliaris brachiorum extremitatibus cochlearia gerens:

„Je trouvai que si le Polype eût été d'un plus gros volume, la pince a Polype ordi- „naire dont je me servis pour saisir d'abord cette Tumeur et faire pour ainsi dire l'office „de conducteur, afin d'arriver aisement au pedicule du Polype, cette pince auroit été insuf- „fisante. Ces raisons me firent penser à remedier à cet inconvénient pour l'avenir et en con- „sequence j'inventai l'instrument representé Planche II. Fig. 10. (vid. Tab. nostr. VII. „Fig. 35.). — Les branches marquées A et B. s'adaptent sur le corps de la pince C. en „peu prés comme la tige des coronnes du Trepan dans le bout de l'arbre, et cela tant pour „pouvoir en changer suivant le volume de la Tumeur, que pour en faciliter l'introduction.

„La branche *A*, est vue par dedans, et la branche *B* par dehors; elles ont l'une et l'autre „leurs serres faites en forme de cuilliers, dont la cavité est placée enterieurément pour „mieux saisir le polype et garnie d'asperités pour empecher, qu'elles ne laissent echapper „leurs prise ; ces branches ont aussi chacune exterieurément une cannelure, qui regne dans „toute leurs longeur, elles sont destinées à diriger le Porte-anse ou Serre-noeud et „le conducteur de cette même anse lors de l'intromission de la ligature dans le Vagin. Cette „pince peut être serrée et fixée au degré que lon veut, par le moyen d'un brasselet *D*, qui „est quarré et brisé par deux charnieres, dont l'une a sa goupille rivée et l'autre ambu-„lante. Ce brasselet et cette goupille sont attachés ensemble avec un petit ruban à la partie „inférieure d'une des branches de la pince, de crainte qu'ils ne se perdent: avec ce bras-„selet on peut fixer le degré de l'ouverture de la pince, en l'arrêtant aux differens crans „qui sont pratiqués à la partie laterale externe des branches inferieures de cet instrument. „Le corps de cette pince est composé de deux portions qui sont assemblées par jonction „passée l'une à travers de l'autre et retenues par une vis, dont la tète est formée en goute „de suif, pour éviter les asperités. — On peut se servir de cet instrument, sans que per-„sonne le tienne pendant l'operation; son propre poids qui n'est cependant pas considerable „tire legérement la Tumeure en bas; par se moyen le pedicule du Polype se trouve un „peu allongé et raproché, ce qui ne peut que faciliter l'operation.

Pag. 192. „Porte- et Serre-anse à double noeud.» Planch. III. Fig. 7. (Imagin. nostr. Tab. VIII. Fig. 13.).

„Il est composé d'un corps de deux branches et de deux extrêmités; le corps est fait sur „le principe des forces à tondre les draps, ou si l'on veut, sur celui des pincettes de nos „foyers, dites à ressort. A l'extrêmité des branches sont pratiquées trois parties distinctes; „savoir 1. deux poulies noyées dans l'epaisseur du bout de la pince, une à chaque ex-„trêmité de ses branches (voyez les Figures 8 et 9. — Tab. nostr. VIII. Fig. 14 et 15.); „2) deux cones de rencontre dont l'un a la cime tronquée et le corps creuse coniquement „à contre sens de la superficie exterieure, et l'autre est destiné à porter sa cime dans cet „enfoncement; et 3) une piece de détente qui joint les deux branches ensemble, et qui, quand „elle est bandée, fait que les deux cones de rencontre se joignent ou poins de representer, „dans le lieu de leur jonction, la gorge d'une tres petite bobine. C'est cette gorge qui est „le moyen intermediaire contre lequel les noeuds se serrent sans peine et sans se nuire d'un „à l'autre lors de leurs striction: au moyen de la detenté, on sépare à volonté les cones de „rencontre, qui laissent entre les deux extrêmitès un petit vuide, en forme d'intersection, „permettent au deux noeuds de se j'oindre à l'instant qu'on lache cette detente; ce qui „s'excute par la vertu du ressort, ou l'élasticité ses branches l'une de l'autre, autant qu'il „est necessaire, et pas plus. —

„Le moteur de cet instrument est placé sur les corps du ressort fig. 10. (fig n. 16); il „y a un arbre fig. 11. (fig. nostr. 17.) qui les traverse tous deux egalement dans leurs milieu: „l'extremité superieure de cette arbre fig. 12. (fig. nostr. 18.) est un petit conique, elle sert „de fusée propre à recevoir ce qui se dévide de la ligature pendant qu'on serre les noeuds „et qu'on diminue par conséquent l'anse qui embrasse le pedicule du Polype. On voit à „côté de cette fusée Fig. 7. (Fig. nostr. 13.) deux petits blocs d'acier, dans chacun des-„quels est noyée une poulie, sous la qu'elle passe ce qui se devide de la ligature pendant

„l'operation, si nean moins on a un soin de fixer cette ligature à l'extrémité de la fusée en „l'enfilant par un tron qui a été pratique tout exprés. —

„L'extrémité inferieure de l'instrument est composée de trois parties apparentes et de „deux cachées. Les trois parties apparentes sont: 1) une tête on poignée ovale, située „transversalement; 2) un col et 3) une base sur laqu'elle le col est appuye. Cette base „est creuse elle contient les deux pieces cachées qui sont, l'une une roue en rocher que „l'on voit representée sur le milieu de la Fig. 10. (Fig, nostr. 16.) et l'antre un cliquet pour „arrêter la roue à volonté et pour empêcher ce qui est devidé de la ligature sur la fusée „ne se relache. La roue est percée dans son milieu (de même que le corps de l'instrument) „d'un tron rond; ce trou ce trouve rempli (lorsque l'instrument est tout monté) par une portion „de satige; le cliquet est attaché interieurement au tambuor Fig. 11. (Fig. nostr. 17.) qui „le renferme et qui est immobilement placé sur l'arbre de l'instrument; en sorte que, lors- „que l'on tourne l'arbre sur lui même il emporte le tambour, et la roue souleve successi- „vement le cliquet avec chacune de ses dents.

„Outre toutes ces piéces on voit (Fig. 7. — Fig. nostr. 13.) un anneau placé prés du „tambour au barillet, et de l'arbre de l'instrument; cet anneau appartient à la continuité „d'une petite tige d'acier, qui est attachée par son autre bout à la detente de l'instrument; „l'itulité de cette piece est de servir a faire echapper la detente en passant un doigt dans „cette anneau et tirant à soi lorsqu'on veut que les deux noeuds se fixent l'un sur l'autre, „c'est-à-dire, lorsqu'on juge le pedicule du Polype suffisamment serré. —

Pag. 197. et pag. 461. Mentionem facit auctor duorum instrumentorum, nomine Constricteurs, quorum ut posterius emendatiusque describamus, sufficere videtur:

„Hocce Instrumentum IX ad X pollicum longitudine e bacillo chalybeo latiori, planiori con- „ficitur, in fine utraque perforato. Hoc bacillum elasticum ita est curvatum, ut augulum „efficiat XLV gradnum et intra extremitates instrumenti soluti spatium sit III pollicum. „Media bacilli pars est instrumenti basis. Finis ligamenti hamulo, basi affixo, inhaeret. In- „strumenti applicatio ex ejus figura jam patet. (vid. Tab. nostr. VIII. Fig. 19.).

Pag. 201. Altera forceps auxiliaris. (Plancho III. Fig. 14-18. — Imagin. nostr. Tab. VII. Fig. 36-40).

„Ces nouvelles pinces différent des autres, en ce que les deux branches sont separées, et se „joignent par la même Méchanique du Forceps des Palfin, dont on est en usage de se servir „aujourd'hui pour declaver la tête des enfans retenue au passage des os du bassin; si on „en excepte cependant la courbure particuliere que nous lui avons donné pour réussir, lors- „que l'enfant à la façe tournée en dessus. Cette courbure est a peu prés la même dans nos „nouvelles pinces a Polype; ce dernier instrument différe cependant un peu de notre For- „ceps courbe, tant dans se parties supérieures, ou serres, que dans ses parties inférieures, „qui servent comme de manches aux autres. Les parties supérieures sont composées chacune „de trois petites branches gemelles, au lieu que le Forceps n'en a que deux. La piece „màle Fig. 15, (Fig. nostr. 36. B.) qui porte l'axe de jonction, a la branche du milieu creu- „sée exterieurement en goutiere pour recevoir le bout du Conducteur de l'anse dans le „tems de l'introduction de la ligature, et la piece femelle Fig. 14. (Fig. nostr. 36 A.) a ou „contraire la pareille branche exactement demi cylindrique en dehors pour recevoir en même „tems l'entre deux des extrêmités supérieures du Porte- et Serre-anse à double

„noeud. — Les parties inférieures de cet instrument différent totalement de celles du For-„ceps, l'une et l'autre ayant beaucoup plus de rapport avec notre pinces Fig. 10. Planche II. „Tab. nost. VII. Fig. 35) Elles en différent cependant encore, en ce que, quoique celle qui „porte l'axe ait des crans en pareils nombre, grandeur, profondeur et situation, ces crans „sont faits suivant un plan incline de haut en bas, à la rectitude de l'instrument; enfin l'autre „portion inférieure en differt aussi, en ce qu'elle n'a point de tout de crans et que dans son „extremité est enfilé une espece de brasselet oblong, ou crémaillon, destiné à fixer l'instru-„ment au degré que le diamétre du Polype saisi l'exigera, afin que la prise ne manque „pas. —

„Cylindrus duplex Levreti (Memoires de L'Academie roy. d. Chirurg. Tom. III. pag. 578. Planche XIII. Fig. 3. — Tab. nostr. VIII. Fig. 22.).

„L'instrument destiné á conduire et a serrer la ligature sur le pedicule de polypes uterins „est composé de deux tuyaux d'argent (*aa.* et *bb.*) soudés parallélement ensemble, et qui out „chacun huit pouces de l'ongeur, sur deux lignes en environ de diamètre: l'extrémité su-„périeure de chaque tuyau est terminée en larme, et l'extrêmité inférieure porte à sa partie „externe ou petit anneau qui est soudé. La ligature (c. d) qui doit être d'un fil d'argent „de coupelle bien recuit et d'une grosseur médiocre peut avoir trois pieds de long ou „environ. —

„Pour se servir de cet instrument on introduit le fil d'argent par l'extrêmité supérieure „de l'un de deux tuyaux comme en (e), on arréte le bout de ce fil à l'anneau (f) qui y „repond, en l'y tortillant deux ou trois fois, et on enfile ensuite le second tuyau (bb) de „l'autre chef du fil d'argent qu'on y fait glisser jusquá ce qu'il n'en reste qu'une anse (c) „ de la circonference d'un ecu, ou à peu prés. Mais ce chef ne doit point être arrété au „second anneau (g) comme le premier; il faut au contraire qu'il pende librement en (d.) „au bout de tuyau (bb) dans lequel il est enfilé. —

Emendationem huiusce cylindri duplicis, qua fili diruptio prohiberetur, auctor communicavit in Journ. de Med. Chirurg. et Pharmac. Tom. 29. pag. 538. seq.

„Je sentis la necessité de me mettre dorénavant à l'abui de cet inconvenient, et pour „y parvenir je fis le changement suivant à mes tuyaux: il y en a un qui a huit pouces de „cette comme me précèdens, et l'autre n'en a que sept; le plus court glisse a coulisse sur „le plus long: celui-ci est formé en larme pleine par son extrêmité supérieure, et percé „obliquement et latéralement, en ovale du côté de la coulisse mais tres prés de la larme; „l'autre tuyau est percé par le bout comme mes anciens; je determine à volonté la gran-„deur de l'anse entre ces deux ouvertures, et lorsque jai embrassé le pedicule du polype „de la façon ditte dans mon Mémoire, je fais la torsion latérale á l'ordinaire; mais alors un „des chefs de l'anse de la ligature se tourne autour du bout du grand tuyau, eutre les deux „ouvertures susdites, comme autour d'une bobine, ce qui remplit trés-simplement l'action „du tourniquet ajonté par M. Keck. A l'ègard de la coulisse et des piéces de pouce qui „sont en l'extrêmité inférieure de chacun de mes nouveanx tuyaux le tout me sert quelque „fois à serrer un noeud simple et à le fixer, lorsqu'au lieu de fil d'argent je juge qu'un „cordonnement me sera plus utile.

Cylindrus simplex Levreti (Levreti l. c. de arte obstetricia etc. pag. 312. et Perret l. c. pag 357. Planch. 114. Fig. 35. — Imagin. nostr. Tab. VIII. Fig. 23.)

„La figure 35 est composée d'un seul Tuyau, muni de deux anneaux en ss; à l'extrêmité su-
„périeure f. est une traverse d'argent de quatre lignes de long, soudée aux parois intér-
„ieures du Tuyau pour contenir un fil d'argent qui embrasse le pedicule de polype: on peut
„tortiller ce fil a volonté, moyennant qu'il est assujetti en g. ou bien roulé sur les
„anneaux *ss*.

Instrumentum, a Levreto postremo inventum, autor descripsit l. c. Journ. de med. Tom. 32. pag. 537 seq. — (vid. Tab. nostr. IX. fig. 4.)

„Voici en quoi consistent ces nouveaux degrés de perfection. 1) Je ne me sers plus du
„tout de fil d'argent pour lier les polypes utérins, je lui préfere de bonne ficelle bien cirée.
„2) Je ne fais plus de torsion ni de noeud au dedans du vagin. 3) Mes deux tuyaux ne
„sont plus ni droits ni soudés, ni à coulisse. 4) Ils sont courbes, comme dans les Fig. 1. 2. 3. 4.
„et assembles par jonction passée de même que la plûpart des pinces ou tenettes, et ont
„comme elles des anneaux à leurs extrémités inferieures. 5) Les deux tuyaux n'ont plus
„rien de commune avec les précedens, que d'être de semblables calibres terminés supérieu-
„rement en larme percée, et inférieurement en ouvertures dont les rebords sont émoussés. —
„Quant à la longeur et à la courbure des parties superieures de l'instrument, depuis sa
„jonction de ses branches, elle sont variées, comme on le voit dans la figure 2. 3. et 4. Tab.
„n. IX. Fig. 4, A. B. C, qui est censée représenter trois instruments distincts, tant pour
„être mieux appropriés aux largeurs et profondeurs des vagins dans lesquels il faut les in-
„troduire, que pour les divers volumes des polypes à embrasser. —

Applicatio: Instrumentum filo cannabino IV pedum longitudine eodem modo ac in cylindro duplici exstructum, clausum in vaginam ad latus polypi vehitur. Tunc vero apertum ad alterum latus transfertur, sic, ut ansa nunc existat pedunculum fili suscipiens, cuius fila attracta annulis affiguntur.

§. 16.

Meieri instrumentum a Tannero (Diss. c. pag. 37.) tali modo describitur:

„Refert hoc unum tubulum, cuius diameter a parte superiori ima versus paululum crescit.
„In parte inferiori duo annuli conferruminati sunt, inservientes ligaturae partibus inferioribus
„adnectendis. Per illud trajicitur filum argenteum tortum per totam longitudinem, excepta illa
„portione, quae ansam efficit. Ut eo facilius applicari possit, specillo utitur, cuius una ex-
„tremitas aliquam incisuram habet, destinatam ad excipiendam ansam et derivandam ad radi-
„cem Polypi usque.

§. 17.

Palucci (l. c. Cap. II. pag. 55. seq.) haec instrumenta offert:

„Ex cathetere argenteo partem abscidi, cannulam nempe rectam, duobus pollicibus longam,
„in ejus cavitatem argenteum filum duplicatum induxi et ansulam inde confeci, qua polypum
„ligarem. Tum accepta volsella, pro extractione Polypi solita, clausam hanc per spatium
„ansulae, trajeci, postea modice diduxi, Polypo dein alte prehenso atque constricto ligavi
„insimul annulos volsellae: Superstes vero ab hac ligatura filum inter labia ipse susceperam.
„Sine manuum auxilio volsellam ita suspensam continui. Tum ansulam secundum volsellae
„seu forcipis longitudinem eo direxi, ut ad Polypi radicem deveniret. Quo eam pervenisse
„cum resistentiae indicio animadverterem tum extremitatibus ansulae, una susceptis altera
„vero manu cannulam altius demittendo sic sensim imminuebatur ansulae spatium, adeoque

„arctiori ligatura constringebatur polypus. Ubi satis tunc intortis ansulae extremitatibus eo „usque firmabatur ligatura ut ne hilum relaxeretur. Remota nunc volsella operatio absoluta „fuit.

„Sub operatione noveram in ampla cannulae cavitate nimium ansulam vacillare; mox „ideo curavi alteram confici, quae fig. II. (Tab. n. VIII. fig. nostr. 24.) repraesentatur. Est „proprie cylindrum (B) duobus tubulis per medium longitudinis suae pertusum, in quibus „ansulae extremitates accurate continentur. Pendet ex utraque ansulae extremitate (cc.) „fasciculus filamentorum, ea de causa adjectus ut facilius inter digitos una alteraque extre- „mitas contineretur.

„Verum non corrigendae tantummodo cannulae studere oportuit, sed et consueti for- „cipi nonnulla adjicere, quae faciliori operationi subvenirent. Prae aliis cochlea est, cujus „binae notantur partes, mas, ut ajunt (B.)et femina (C), quarum usus sola ex figura rite in- „specta dignoscitur. Praeterea ita efformatae nostrae forcipis extremitates, ut quam aptis- „simae ad polypum prehendendum arcteque continendum, quin aut dilacerent, aut disrum- „pant. Utraque enim pars correctae forcipis leviter excavatur, brevibusque ad instar limae „instructa in sua cavitate dentibus, sive obtusis spinulis, in medio fenestrula (A.) pertunditur, „quae omnia sane intento fini summopere conducunt. Taenia insuper adjecta est ejusdem „forcipis annulis, quae inter labia suscipitur, ut forceps jam pene horizontaliter suspensa „haereat, utraque operatoris manus jam libera sit.

§. 18.

Keckii instrumentum: (Journ. de med. Tom. 29. pag. 533. — vid. Tab. n. IX. fig. 3.) „Le fil d'argent deux fois cassé, je me suis servi la troisième fois, d'un cordonnet de soie, „ avec lequel j'ai entoure le fil d'argent que j'ai fait passer ensemble dans les deux tujaux „d'argent, destiné pour faire l'anse et la torsion, mais au lieu de tordre, j'ai fais passer „les deux bouts du cordonnet et fil d'argent à l'entour d'un petit cylindre de bois, que je „faisais tourner entre deux piliers d'argent, soudés aux sondes et que j'arrêtois avec un cor- „donnet de soie aux deux anneaux de l'instrument. Cette façon m'a tres bien réussi.

§. 19.

Denmannus (Savigny* l. c. Pl. XXIII. Fig. 1. — Tab. nostr. IX. Fig. 5.) hoc offert instrumentum:

„The instrument a Ligator, for conveying and fixing a ligature upon the polypus in utero: „it is simply a straight silver canula, the end intended to approach the disease rendered „boulbous and perfectly smooth; and the other, furnished with a crosbar, upon which tes „extremities of the cord or wire are secured after having formed a structure round the „base of the polypus."

§. 20.

Instrumenta ab Herbiniaux inventa: (Richter chir. Bibl. Vol. II. Sect. 1. pag. 75. — Imagin. nostr. Tab. XII. Fig. 20.)

Est tubulus VII pollicum longitudine et crassitie calami scriptorii, in fine superiori leviter curvatus. In fine inferiori tubi similis est mechanismus, ut in instrumento modo descri-

---

* *Savigny (J. H.) Collection of Engravings representing the most modern and improved instrum. used in the practice of Surgery. Lond. 1798. fol.*

pto, Keckii cujus ope filum attrahi queat. Per tubum ex argento confectum filum ducitur cannabinum XXV pollicum longitudine, sic ut media fili pars superne ansam effingat, quae tamen ea esse debet magnitudine, ut facile polypi corpus circumire possit. — Ut vero aptius adducatur ansa ad polypi pedunculum, aliud instrumentum, et quidem fistulam argenteam simplicem laudat auctor, apice levissime curvatam. Per hanc fistulam duplex linum sic immittitur, ut ansa superior incurrat in illam, quae radicem polypi amplectitur, tunc ista fistula praebet conductorem. — Ope suculae supra memoratae fit arctior quotidiana constrictio.

Emendatio hujusce instrumenti ab ipso auctore instituta (Richter chir. Bibl. Tom. VI, pag. 214. haec est.

Duae fistulae remanent, minus autem curvatae. Juncturam ope globuli, qui in una fistula decurrit, et in cavitatem alterius fistulae immittitur, perficit ita, ut facile disjungi, et inter se iterum jungi possint ambae fistulae. Per conductorem nunc solummodo simplex filum ducitur, in cujus superiori parte annulus est argenteus, per quem filum ad ligaturam transit. Porro a fistula manubrium abscissum est, et ita in cylindro latet, ut facile separari et conjungi possit.

§. 21.

De instrumento Dallasii, ab auctore in deligandos faucium polypos adhibito, e Bellio (Benj.) (l. c. Tom. III. pag. 480.) haecce nobis haurienda venerunt:

